

2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9





2, 46r. 10  
adpt. Nf. f. 1035. 21

1663 1 339

DISSERTATIO INAUGURALIS  
*De*  
**PLURALITATE  
VOTORUM.**

DEO Auspice & Duce  
*Ex Decreto Magnifici fctorum Ordinis*

Publico Examine submissa

à

Philippo Christophoro Herwarto.

VII. Id. Aprilis, A. O. R. clō Ioc L XIII.



**ALTDORFFI,**  
Impressa apud JOHANNEM GOEBELIUM.



DISSERTATIO IN AENGELIS

PIURALTATE  
VOTORUM.

Deo Auspicio & Duce

Et Decore Magnifico & Ceremonioso

Publico in Universitate

Philippo Christophoro Herwarto

Magistro A. O. R. et S. C. J. X. L. I. I.

in Philosophia Doctori & in Theologia Licentiatum

et Theologum

Joannem Christianum Gleditsium







## Præloquium.

**C**ogitanti mihi, de materia aliqua, loco Dissertationis Inauguralis pertractanda, tot penè occurrerunt, tam vulgares, quam rariores, ut ex ipsâ hâc copiâ, inops fieri viderer. Cum autem in unâ aliquâ eligendâ, nihil apud me constituere possem, consului Viros quosdam, de re tam publicâ, quam literariâ, meritisimos, Qui, ut præsentem, de PLURALITATE VOTORUM, præ omnibus aliis eligerem, urgebant ac hortabantur. Ac licet initio quidem, thematis hujus gravitas, non minus quàm ejusdem raritas, & difficultas, non modicè id dissuadere videbantur, vicit tamen, Illorum, de quibus verba feci, Authoritas; quæ, ut semper maxima apud me fuit, ita planè piaculum duxi, Eorum consilium, (quod instar jussus veneror) negligere. Accedebant, frequentia, & quotidiana propemodum, in Imperio nostro, ac speciatim in Patriâ meâ, de hac votorum pluralitate, disidia atq; contentiones; hincq; eam penitiùs cognoscendi, summa necessitas ac utilitas. Quæ etiam apud me hoc effecerunt, ut sepositis quibuscunq; obstaculis, ad ejus tractationem me accingerem. Quod si desiderio tuo, Benevole Lector, (uti vix me aliud sperare jubet, non ignota mihi meæ tenuitas) non ex asse satisfacero, cogitabis, rogo, mecum, quàm arduum sit, in tam lubricâ, ac satis inviâ  
A via,



viâ, inoffensò pede progredi: præsertim hominem, nec re-  
rum experienciâ, nec adeò felici ingenio instructum.  
Accipe igitur hunc qualem qualem laborem, eo animo,  
quo tibi traditur; non, in vicem plenioris alicujus & ac-  
curatæ tractationis, sed Dissertationis Academicæ.

L

**N**E in principio statim, vocabulis PLURALITATIS,  
& VOTI, seu VOTORUM, quis offendatur, pauca  
quædam de iis præmittenda duximus. Quod itaque ad  
primum, PLURALITATEM scilicet attinet, deductum illud  
est, ab adjectivo, Pluralis, quemadmodum & singularitas,  
ab adjectivo, Singularis. Apud Authores classicos qui-  
dem, verbum hoc vix invenies, hodiè tamen longò usu  
receptum est, neque adeò difficulter excusari posse vi-  
detur; præprimis, si cum aliis vocibus comparare velis,  
quæ à linguâ Romanâ multò longius absunt, hodiè tamen,  
à Practicis præsertim, usurpari solent; quod exemplo Ar-  
resti, Bastardi, Feudi, Leuterationis & similium, (ne de no-  
vitiis quibusdam, in actis publicis potissimum hinc inde  
occurentibus dicam) facile probari potest.

2. Ad alterum quod attinet, Votum nimirum, id apud  
Authores non rarò invenies, sed in aliâ atque aliâ signifi-  
catione. Accipitur enim modò pro precibus, unde Cicero  
*lib. 1. de divinat.* Homines, ait, dum tacitè optant, aut vo-  
vent, haud dubitant, quin Dii illud exaudiant, *quo sensu*  
*etiam usurpari videtur in l. denunciamus 5. C. de his qui*  
*ad Eccles. confug.* quamvis Valer. Max. *l. 1. c. 1.* hæc duo,  
vota nimirum & preces, à se invicem distinguat; &, cum  
aliquid commendandum est, precatione; cum vero expo-  
3. scendum, voto id fieri, dicat. Deinde Votum accipitur,  
pro sponzione precibus additâ, quâ Deo obligamur, *ut*  
*iterum*



iterum Cic. alibi loquitur, citante eum Cabv. in Lexic. hic  
 German. ein Gelübde. Exempla horum votorum tam 4  
 in sacris quam profanis, passim reperies. sic Num. 6. v. 2.  
 Psal. 66. v. 13. Jona 2. v. 10. & praesertim Num. 30. frequens eo-  
 rum fit mentio. Ita etiam apud Flor. l. 1. c. 19. de Voto Sempronii.  
 l. 2. c. 4. de voto Insubrium. l. 4. c. 12. de voto Mysorum. nec non  
 apud Tacitum Annal. 13. c. 57. de voto Cattorum & Histor. 4. c. 61.  
 de voto Civilis, ac alibi multoties legimus. Hisce non absi- 5  
 milis est illa acceptio, quâ votum idem quod adprecatio,  
 Germ. ein Wunsch / significat; ab illis, de quibus modò 6  
 dictum, in eo differens, quod prioris generis vota, precibus  
 ad Deum directis, posterioris verò, etiam sponsione aliquâ,  
 sive pollicitatione additâ; hoc verò sine invocatione nu-  
 minis Divini, & absque sponsione, nudâ adprecatione  
 perficiatur. Quin & generaliter nonnunquam, pro quo- 7  
 cunque desiderio, tam laudabili quam illaudato, votum  
 sumitur. Ita pacta de sibi invicem succedendo, captandæ 8  
 mortis votum inducere dicuntur, in l. de fideicommissis. 11.  
 C. de transact. ubi votum nihil aliud denotat, quam pra-  
 vum avarorum hominum desiderium, ex alienâ morte  
 lucrum sperantium; Contra verò, cum ex naturali ra- 9  
 tione, & communi parentum voto, liberis parentum,  
 hereditas deberi dicitur, in l. scripto 7. §. 1. π. si tabb. testamenti  
 non extab. & similibus. laudabile desiderium, ex pietate,  
 ac charitate parentum, erga liberos profectum, per votum  
 indigitari, facile cuivis apparet. Interdum etiam pro Ma- 10  
 trimonio seu nuptiis capitur: sic ad secunda vota transire  
 dicuntur, qui secundas nuptias contrahunt, l. si pater 4. C.  
 de sponsal. rubr. Nov. 91. & alibi. eò nimirum quod in nuptiis, 11  
 ultrò citròque promissiones fiant; ut vult. Cabv. in Lexico,  
 hic, vel, quod Romani, nullam rem majoris momenti in- 12  
 cipiebant, quin vota pro successu ejus conceperint, uti post



- Guther. l. 4. d. vet. Jur. Pontific. existimat Dn. Leyserus in disert. Inaug. de Votis. cap. 1.* Tandem quoque, Votum pro Suffragio sumitur, *ut in c. de electionibus. 2. de elect. & elect. potest. in 6.* atque in hoc significato, in presentiarum nobis considerandum venit. *Plura & meliora, de variis votorum generibus, videri possunt ap. Scharid. & Calv. in Lexic. Jurid. ac in prælaudatâ Disput. Inaug. Dn. Leys. ubi & aliam, de votis Christianorum citat ac commendat.*
15. Dictum autem suffragium esse videtur, vel à fragore, i. e. sono, seu voce; fortè eò, quod clarâ voce plerumque,
16. suffragia ferri consueverint, *ut Gl. existimat*, vel à suffraginibus, sive flexurâ crurum in animalibus, *quod magis arridet Scharid. in comm. C. de suffrag. n. 1.* Quemadmodum enim animalia, suffraginibus illis, maximè pollent ac fruuntur, in connitendo, ita & illi, qui aliquid desiderant, adnifu suffragiorum maximè sublevantur. Unde suffragari, pro conniti, adjuvare, sublevare: sicut écontrario refragari, pro obniti, repugnare, &c. haud rarò sumitur, uti patet ex *l. quisquis 95. post med. π. de leg. 3. l. fin. C. de jur. & fact. ignor. l. un. C. si contr. matr. vol. tut. dat. sit. l. fin. C. de obseq. patron. præstand. l. si fundum 27. C. de evict. & aliis locis.*
17. Sed & suffragii multiplex est acceptio, quarum tamen nulla, ab Etymologia, vel, si mavis, allusione supra
18. datâ, valde aliena videtur. Primo namque, in libera adhuc Rom. Republ. suffragium nihil aliud significabat, quàm votum seu scitum, quo quisque Senatorum aut Civium, in foro, aut Comitiiis, aut judicio, super re ad consultandum propositâ, suam declarabat sententiam atque voluntatem, *arg. l. de quibus 32. §. 1. π. d. LL. l. Spurii 6. §. 1. π. de Decur. l. ad Rempubl. 8. π. de muner. & honor.* seu vocem illam,
19. quæ dabatur in Comitiiis, quâ unusquisque suam declarabat voluntatem, de aliquo Magistratu creando, aut reo damna-



damnando, *Rosin. 8. Antiq. Rom. cap. 6. p. m. 785. in fin.* Quæ 20.  
 declaratio, ideò suffragium appellata est, quoniam ii, qui  
 votis ac scitis Senatorum civiumque egerent, illorum ad-  
 nisum quam maximè sublevarentur, *uti ex Briffon. docet*  
*Dn. Tabor. in tr. de suffrag. pericop. 2. n. 5.*

Postmodum, (quæ altera est acceptio) suffragium 21.  
 sumi cepit, pro intercessione atque commendatione.  
 Postquam enim apud Romanos, summa in Rep. potestas, 22.  
 ad unum translata erat, sublatis liberis populi votis; de-  
 sideria subditorum, ex arbitrio Principis pendebant: cui  
 desiderio, si quis satisfactum cupiebat, precibus, inter-  
 cessionibus & commendationibus aliorum, eblandienda  
 erat gratia Principis: Quæ intercessiones, ex usu populi,  
 suffragia dicebantur, ideò, quod in locum verorum suf-  
 fragiorum successerant. Unde illi, qui honores, vel 23.  
 quid aliud quod amici desiderabant, apud Principem,  
 intercessionibus suis impetraverunt, suffragatores appel-  
 labantur. *quod apparet ex l. 1. si cert. pet. de suffrag. in Cod.*  
*Theodos. & docet Cujac. ad Nov. 8. in pr.* Et in hac quidem 24.  
 significatione, vox suffragii, in Constitutionibus Imp-  
 peratorum sæpissimè occurrit, *E. G. t. t. C. de suffrag. l. singuli 14. Cod.*  
*de accusat. (ubi utramq; tam hanc, quam priorem significatio-*  
*nem veluti conjunctam reperies) d. l. 1. si cert. petat. de suffrag.*  
*in Cod. Theod. l. per. hanc 7. C. de advocat. div. judicum. l. uni-*  
*versi 36. l. quicumq; 44. de Decur. in Cod. Theod. ejusq; vesti-*  
*gium reperire licet. in cap. cum Marthe. 6. in f. extr. de cele-*  
*brat. miss.*

Tertiò, Suffragium quodcumq; auxilium denotat 25.  
 & suffragari, idem quod auxilio esse, *ut in l. petenda. 6. §. 1.*  
*C. de temp. in integr. restit. l. hi qui 3. C. de Apostat. l. pactum cu-*  
*ratoris. 22. C. de pact. l. 1. C. si advers. delict. (in quib. posterioribus*  
*etiam per favorem suffragium explicari potest) l. unicuiq; 7. C.*  
 A 3 d. pro-



26. *de proxim. sacr. scrin. lib. 12. can. miror. 4. dist. 50. cap. sicut 2. extr. de probat. & aliis locis.* Cùm enim votis hujusmodi, atque commendationibus, non leve clientibus feratur, auxilium ac beneficium, hinc suffragium etiam, ad quodcunq; auxilium & favorem denotandum, traductum est. *sicuti ex Rosin d. l. 8. Antiq. Rom. c. 6. ad part. 2. LL. XII. TABB. l. 3. p. m. 785. in f. notat predictus Dn. Tabor. l. c. n. 10.*

27. Quarto denique & ultimo, suffragium pecunia est, quæ suffragatoribus aulicis dabatur, vel promittebatur, à clientibus, qui honorem, vel quid aliud quod desiderabant, per commendationes illorum, vel adepti erant, vel se adepturos sperabant, *arg. eorum quæ habet Cujac. in c. C. de suffrag. & ad Nov. 8. pr.* Nam cum vel ad remunerandum acceptum beneficium, vel ad id quod adhuc sperabatur provocandum, clientum liberalitas valdè necessaria erat; paulatim illud ipsum quoque donum, seu munus, quod pro suffragiis hisce, sive intercessionibus dabatur, suffragium appellari consuevit, *de quo loquuntur dd. ll. ex C. Theodos. l. un C. de suffrag. qua etiam in significatione invenies in l. 1. C. de offic. Magist. offic. l. laudabile 4. §. & postquam 2. l. per hanc 7. pr. C. de advocat. divers. judicium. rubr. N. 8. Nov. 6. c. 1. §. & hanc 9. post med. Nov. 123. c. 2. §. 1. & alibi Dn. Tabor. d. tr. de Suffrag. pericop. 2. n. 11.*

28. Nobis, ut ex num. 13. apparet, dum de suffragiorum  
29. five votorum pluralitate loquimur, tantùm de primo genere suffragiorum sermo est: quo sensu, suffragium five votum, hodie in genere nihil aliud est, quàm declaratio sententiæ, quam quisque eorum, cum quibus consultatio initur, super re ad deliberandum propositâ, animo concepit. *arg. eorum quæ sup. n. 18. & 19. dicta sunt.*

30. Cùm verò omnes consultationes, ideò instituantur, ut de eo, quod ad deliberandum propositum est, certi  
quid



quid statuatur; Certa autem sententia, si unanimum, 31.  
 consensum spectes, propter naturalem hominum ad dis-  
 sentiendum facilitatem, rarissimè oriatur, hincque, si  
 omnium expectaretur suffragium unanime, res, fere  
 semper, sine exitu futura esset, sicque sine deliberatio-  
 num destitueremur. *per l. item si 17. §. principaliter 6. II. de*  
*recept. qui arbit.* idè prudenter introductum est, ut 32.  
 quod per veram & plenam concordiam, (cum scilicet  
 omnium voluntas in idem concurrat) effici non potest,  
 id per eam quæ fictione juristalis est, ac ex sententia plu-  
 rium desumitur, efficiatur. Atque hoc quidem ob evi- 33.  
 dentem rationem; cum integrum sit iudicium quod plu-  
 rimorum sententia suffulcitur, *c. extra 5. dist. 64.* nec unius  
 aut paucorum iudicium præferri debeat, juxta illud:

*Judicium populi nunquam contemseris unus*  
 itemque Homerus 10. Iliad.

*Bini ubi conveniunt, melius rem perspicit alter,*

— *Major adest, & plena duobus*

*Pectoris atq; animi præstantia, copia rerum*

*Uberior, vis consilii præstantior omnis,*

*Dum nunc hic, nunc ille aliquid quod & utile credat*

*Invenit, alter & alterius sæpè indiget usu.*

Hincque nostra votorum pluralitas orta est, ad 34.  
 quam, ut tandem aliquantò propius accedamus, De-  
 finitio ejus ante omnia proponenda occurrit, quæ ut  
 accurata detur admodum difficile est. Præsertim, cum  
 (quantum mihi quidem constat) nemo hanc nostram vo-  
 torum pluralitatem definiendo, viam præiverit. Suc- 35.  
 cinctè tamen ita describimus: Pluralitas votorum, est  
 remedium juris, in universitatibus ac collegiis, Senten-  
 tias collegarum discordantium, ita conciliandi, ut quod  
 eorum



36. eorum plures statuunt, statuere censeantur omnes. Ab aliis vocatur Majoritas votorum, Vota majora, vota plurium, & simpliciter Majora. Germ. die maiste Stimmen / Item, die mehrere Stimmen. *Besold. in thesaur. pract. verb. maiste Stimmen. Speidel. in Speculo observ. eod. verb.*
37. Ad pleniorum hujus intellectum, sciendum est, majora tripliciter dici. Et primò quidem respectu partis numerosioris; Secundò respectu partis sanioris; & Ter-
38. tiò respectu partis dignioris. Et majora quidem respectu partis collegii dignioris, (ut à postremo incipiamus) ea dicuntur, quæ à collegis dignioribus proficiuntur.
39. Dignitas autem, hinc non ex splendore generis aestimatur, aut Nobilitate, à maioribus ad nos translata, sed ex gradu honoris atque officio quod quis ob scientiam, experientiam, ætatem, judicium atque prudentiam adeptus est, vel etiam ex solis his virtutibus quibus Collegæ conspicui sunt. Hinc, cum minus Nobiles, moribus magis imbuti esse possint, quam nobiliores; illorum quoque suffragia, si modo & ipsi magis morati sint, nobiliorum, minus moratorum, votis præferri ex *Prosp. Farinac. de testib. l. 3. tit. 7. q. 65. n. 115.* docet Author des gründlichen Berichts / des Heil. Reichs State Fridberg Stand / Regalien Privilegien / re. betreffend. punct. 11. n. 50. & *Dd. ab eo allegg. Zas. ad l. Pompon. 36. II. de re judic. n. f. Menoch. l. 6. de*
41. *presumt. c. 85. n. 3.* Verum Jure Civ. & in collegiis Imperii Rom. vota digniorum, quoad conclusionem in causâ faciendam non magis quam aliorum collegarum, minus dignorum, ponderantur: sed quæ pars numero major est, ea quoque secundum jus Civ. dignior dicitur. *Felin ad c. cum omnes 6. extr. de constit. num. 19.* Idque ideò, quod alias nulla pax esset in universitatibus, semper prætendentibus his vel illis, se esse digniores. *uti post Zas.*



Zaf. d. num. 15. & ad l. pares. 38. π. de re jud. docet d. Autor  
 des gründlichen Berichts von der Stadt Fridberg Stand/re.  
 d. punct. 11. n. 41. 47. & 50. ibiq. Dd. allegg.

Respectu partis sanioris, majora dicuntur suffra- 43.  
 gia, quæ à saniore parte oriuntur. Sanior autem pars, 44.  
 non dicitur, respectu habito ad totum collegium,  
 ita scil. ut ii ex Collegio, qui autoritate, zelo, & meritis  
 cæteros antecellunt, omnes consentire, atque ita majora  
 facere debeant; hoc enim fieri vix unquam potest; ne  
 dicam, quod ita digniora cum sanioribus confundantur.  
 ut post. Paul. Ziperum in analys. Jur. Pontif. lib. 3. fol. 227. notas  
 Speidel. in addit ad thesaur. pract. Besold. verb. maiste Stim-  
 men. adde Cardin. Tusch. tom. 5. comm. concl. lit. M. concl. 17.  
 ubi tamen saniora, cum dignioribus confundere videtur. sed, 45.  
 comparatione factâ partis ad partem, id est, partis sanio-  
 ris, ad partem minus sanio-rem; Dicimus autem eam, 46.  
 partem sanio-rem, quæ melioribus ac fortioribus nititur  
 rationibus, atq; argumentis. Unde digniora vota, à sanio- 47.  
 ribus, in eo differre videntur, quod illa, à Personis judi-  
 cio atque Prudentiâ jam ante conspicuis oriantur, adeo-  
 que, licet in hoc ipso, V. G. præsentis consultationis actu,  
 minus accurata sint, tamen, propter præsumtam, suffra-  
 gantium, & aliàs comprobatam scientiam, pro digniori-  
 bus reputentur. per ea quæ habet Cardin. Tusch. lit. M. d.  
 concl. 17. Hac verò, saniora nimirum, ex præsentis suf- 48.  
 fragio judicentur, Abb. Panorm. ad cap. 1. extr. de his quæ  
 fiunt à maj. part. cap. n. 3. adeo-que ab iis etiam, qui aliàs pro  
 dignioribus non habebantur, proferri possint: cum  
 haud impossibile sit, ut in præsentis negotio, propter  
 varia accidentia, is, qui aliàs judicio minus pollet, me-  
 lius consilium, quàm qui eruditione, &c. aliàs insignis  
 est, dare queat. Hincque sanior pars, interdum in. 49.  
 B paucis,



paucis, imò in uno tantùm consistere potest. *docente*  
*Speidel. l. cit.*

50. Verum & sanioritas hæc, ut ita loquar, non nisi in rebus Ecclesiasticis, ex dispositione Juris Can. locum habet, *c. in ordinatione 14. dist. 61. c. quia propter 42. & cap. Ecclesia 57. extr. de Elect.* (ubi, quod obiter notandum, requiritur, ut & major & sanior pars adsit), ac passim in Jure Can. *Felin. in d. c. cum omnes 6. extr. de const. n. 18. vers. Decimo*
51. *tertio fallit. Klok. de contrib. d. c. 6. n. 62.* In actibus verò profanis, plane non attenditur, *Felin. ad d. c. 6. n. 19.* ob rationem supra datam; Quoniam scilicet, si saniora attendentur, sine consultationum, (qui boni publici, per certam aliquam ac determinatam, super negotio proposito, sententiam, procuratio est) rarissimè potiri contingeret;
52. quin potius ex hâc quæstione: Quænam suffragia pro sanioribus habenda? perniciosæ multæ controversiæ exorirentur in communitatibus; cùm intricatum admodum sit, quænam saniora dici mereantur, eò, quod quisq; suum suffragium asserturus sit sanius, ac secundum *Martial. Aurum, & opes, & rura tibi donabit amicus, Qui volet ingenio cedere, rarus erit.*
53. *Bernh. Bertram. de comit. apud Arum. de Jure Publ. vol. I. Disc. 9. concl. 73. Autor des Fridbergischen Berichts. d. punct. II. n. 48. & seq. Becker in Synops. Juris Publ. l. 4. c. 1. n. 13. Lim. l. 9. de jure publ. c. 1. n. 176. & alii qui ab his allegantur.* Hincque omnia jura Civilia, in actibus collegii, majorem numerum tantùm, non etiam sanioritatem requirunt, quod patet ex *l. quod major. 19. II. ad municip. l. nulli. 3. II. quod cum jusq; universit. nom. l. nominationum. 45. C. de Decur.* Ac in terris Imperii, quemadmodùm & in omnibus actibus, aliarum universitatum secularium, saniora non attenduntur, sed sola majoritas sufficit. *Jacobat. d. concil. lib. 6. art. 3. n. 49.*

*Pacianus*



*Pacianus de probat. lib. 2. cap. 43. n. 72. & 73. allegati à Buxtorff. ad Aur. Bull. conclus. 34. lit. E. Klok. de contribut. d. c. 6. n. 63.* Imò, saniora hodie nec in Ecclesiasticis causis amplius observantur, si credimus Autori *des Fridbergischen Berichts l. cit. n. 49.* ubi dicit: ob multas perniciosas controversias, ex illa quæstione; quæ sit pars sanior? ortas, communi quasi consuetudine, ex his labyrinthis egressum esse, & vota, etiam in rebus Ecclesiasticis, hodie ex numero judicari, & secundum plura pronunciari. quod confirmat cum Apostillatore ad Abb. *in d. c. Ecclesia 57. in ult. notab. extr. de Elect.* ubi dicit, ita per totum mundum practicari. Et sanè, quod in Electione Papæ, aliorumq; Clericorum, tantum numerentur vota, inferius dicendi erit occasio. *Autor des Fridbergischen Berichts l. cit. adde infr. num. 108. & seqq.*

Sola itaque majora, respectu partis numerosioris, sive numeri majoris, ita dicta, adhuc supersunt, & in collegiis locum habent. Et meritò quidem: tum propter publicam utilitatem; quoniam, ut ante dictum est, salutaria consilia, nunquam bono fine potitura sunt, nisi in opinionum dissidio, in plurium tandem eatur sententiam: cum ut universi consentiant, difficile, imò penè impossibile sit, *arg. l. 1. §. f. II. de acquir. poss. Bertram. d. disc. de comit. apud Arum. Vol. 1. Disc. 9. thes. 73. Zach. Vietor. de exempt. Imper. concl. 5. post. med. Dn. Tabor ad Barbos. p. 2. lib. 11. cap. 4. & ab iis citati.* Tum ad evitandam absurditatem; quoniam, nisi secundum majora, in coetibus & conventibus collegialibus, procederetur, absurdum hoc necessariò sequeretur, certum ac determinatum Senatorum numerum, frustra esse, ac sine effectu, & plerosque eorum, pro formâ, ut loquuntur, & dicis gratia adhiberi; si quod per aliquos tantum, eosq;



pauciores, conclusum est, pro oraculo quasi habendum  
 esset: omnes autem actus agentium, sic accipi convenit, ut  
 evitetur absurditas, & alienum à discretionem naturali. *arg.*  
*l. i. §. & restituendi 4. II. de Publ. & vectig. l. observare 4. §. f. II.*  
*de offic. Proconsul. l. etsi 6. §. f. junct. l. seq. II. de bon. libert.*  
 60. Tum denique propter urgentissimam necessitatem, quo-  
 niam si hoc remedium repudietur, nullum amplius resta-  
 ret, quo in consultationibus, & collegiis, res ad causæ  
 61. definitionem perducere possent. Nam, minora vota præ-  
 62. valere, omni rationi contrarium est; Saniora quoque  
 rem expedire non possunt, cum quisque suam senten-  
 63. tiam pro saniore sit habiturus, *ut supra dictum.* Neque  
 digniora quidquam proficere valent, cum & hic, ma-  
 xima de dignitate sit futura contentio, & sic utroque  
 casu, nil nisi perpetuum bellum Civile. *ut præclare hoc*  
*demonstrant Bernh. Bertram. d. disc. de comit. l. cit. & Dd. ab*  
 64. *eo allegg.* Quod itaque Gl. & Dd. *ad L. aliud 160. §. i. II*  
*d. R. J.* tradunt, nimirum, ut majora non valeant, sed con-  
 sensus omnium, vel duarum partium attendatur, nec  
 per statutum induci posse, nec juramento firmari; multo  
 magis de sanioribus, & dignioribus, dici posse videtur:  
 ut videlicet, nullo modo, vel saniora, vel digniora,  
 majoribus præferri possint, nec per statutum vel consue-  
 65. tudinem, licet juratam, id constitui. Eò, quod talis consti-  
 tutio, esset contra utilitatem publicam, utpote quæ per-  
 petuas lites procrearet, ut modo probatum est: Dispositio  
 autem, licet juramento firmata, utilitatem publicam im-  
 pediens, nullum habeat effectum, cum talia juramenta,  
 perjuriam potius quam juramenta dicenda sint *c. i. extr. de*  
*his que fiunt à maj. part. cap. arg. c. i. extr. de jurejur. adde Pa-*  
*worm. ad d. c. i. extr. que fiunt à maj. part. cap. n. 8. & 9. Au-*  
*thor des Bredbergischen Berichts, d. punct. 11. n. 35. & 21.*

Dici-



Dicitur autem pars collegii major, non, quæ ma- 66.  
 jor est respectu partis sive numeri minoris; sed, quæ re-  
 spectu totius collegii major est. *id quod apparet ex c. Eccle-*  
*sia 48. & c. in Genesi. 55. pr. extr. de Elect.* Itaque si V. G. 67.  
 Undecim sint Judices, in causa, quæ vertitur intratres par-  
 tes diversas, Actorem videlicet, Reum, & Tertium inter-  
 venientem. Atque ex illis V. judicent pro Actore, IV.  
 pro Reo, & II. pro Tertio illo interveniente, major pars  
 in Actore consentire non dicitur, nec valet Quinque  
 illorum, (& multo minus Quatuor horum vel duorum)  
 sententia. Quoniam ad majora efficienda, major pars 68.  
 totius collegii requiritur, *per d. c. 48. & d. c. 55.* major autem  
 pars, si respectus ad totum collegium habeatur, ad mini-  
 mum requirat, sex ex undecim esse concordantes. *Anton.*  
*Tessaur. decis. Pedemont. l. n. 12.* Sic quoq; si ex XII. Canonicis, 69.  
 III. eligant Titium in Episcopum, III. Sejum, VI. Sem-  
 pronium, nulla istarum partium major dicetur, sed  
 oportet, ut ab uno latere, stent ad minimum VII. *Spei-*  
*del. in addit ad thes. pract. Besold. l. cit. adde Gell. l. 9. N. A. c. 15.* 70.  
 Verum, hæc ratio vota computandi, cum non modica  
 incommoda afferre possit, non ubivis locorum obser-  
 vatur, sed in collegiis passim usu obtinuit, ut quod ma-  
 jor numerus, non quidem respectu totius universitatis,  
 sed minoris partis, decreverit, ratum sit, & plenum,  
 habeat vigorem; adeoque comparatio partium inter  
 se fiat; hincq; in priori exemplo dato, Quinque illi, pro  
 Actore judicantes; in posteriori verò, illi Sex, Sempronio  
 suffragantes, majora efficiant. Id quod nec Civ. nec Can. 71.  
 juri incognitum esse videtur, tum *per c. quon. in quibusd. 3.*  
*extr. de jur. patron.* ubi patronorum votis, in plures partes  
 distractis, eum Ecclesiæ præficiendum esse statuitur, qui  
 plurimorū eligitur sententiâ; tum *per l. majore. 156. ff. de V. S.* 72.



in quâ, majore anni parte, quis possedisse intelligitur, licet duobus duntaxat mensibus possederit, si modo adversarius ejus, non pluribus possederit. *Magnif. Dn. Nicol. Myler. Vice Cancellar. Ducat. Württemberg. &c. in addit. ad Aur. Bull. Rumelin. Diff. 3. thes. 9. Speidel. l.c.*

73. Illud circa has computandi rationes notandum, venit: in illis collegiis, quæ duobus, vel pluribus, diversis constant corporibus, majora non dici, respectu personarum, ex utroque corpore conjunctim sumtarum; seu, ad majora efficienda, non sufficere, majorem partem, ex conjunctione personarum unius corporis universitatis, cum personis alterius corporis, constitutam; sed requiri majorem partem, tam hujus, quam illius corporis, separatim considerati. Cùm enim in tali collegio, ex duobus v. gr. corporibus constituto, necesse sit, utrumque corpus consentire, consensus autem hic, ex majori parte cujusque corporis desumatur: necessariò sequitur, ex quolibet etiam corpore, separatim considerato, majorem partem consentire debere. Quia cùm actus expediri debet à duobus corporibus, non sufficit major pars alterutrius corporis, sed requiritur major pars corporis utriusque. *Arismin. Tepat. in compend. variar. sentent. lib. 2. tit. de his que fiunt à major. parte. p. m. 269. fac. 2. §. corpora plura. Bertach. in repertor. verb. Major pars. §. major pars ex duobus corporibus. 18.*
74. Unde, si in collegio toto, vel in universitate, duobus corporibus constante, Senatores sint XVIII. tunc, ad hoc, ut pars major fiat, (posito quod utrinq; idem sit numerus, alterumque collegii corpus, IX. personis consistat,) non sufficit, si ex uno corpore, VIII. ex altero autem II. atque sic X. ex illis XVIII. consentiant; sed major pars fieri debet, respectu corporis utriusque, adeòque, de quolibet
75. major pars consentire debet. Quapropter, si ex his personis



sonis XVIII. pars major requiritur, necesse est, eam ex utroque corpore constitui, sicque ex uno corpore, ad minimum V. & ex altero itidem V. (tanquam majorem cujuslibet corporis partem) adeoque in summa X. ex utroque corpore sumtos, consentire. *uti post Abb. Alex. & Bl. notat Jo. Bertach. in repert. loc. cit. qui tamen hos XVIII. aliter distribuit.* Atque hæc quidem de majoritatis nostræ generibus, ac modo computandi.

Ubi non incommodè quæri potest: Quid faciendum sit, si vota, quoad numerum paria sunt; aut tum saltem digniora præferenda, *quo inclinatur Anton. Tessaur. d. decis. 1. num. 7.* aut sanioribus standum sit? Et neutrum consultum videtur; sed altera, imò tertia interrogatio institui debet, donec majoritas exsurgat. tum, quoniam alias inconueniens, quod ex dignioribus, vel sanioribus resultare, supra diximus, hoc modo non præcaueretur. tum per ea, quæ habet Arum. *de Comit. cap. 7. n. 78. & c. 8. n. 93.* ubi hoc in Comitibus Imp. usu venire refert. Sed quid, si Præses Senatus, accedat voto pauciorum, & ex suo voto, reddatur par numerus dissentientium, ita, ut IV. vel VI. sint pro unâ parte, & totidem pro alterâ; aut tum, secundum votum illorum, cum quibus Præses convenit, judicandum? & ne sic quidem dignitas Præsidis, reliquis præjudicare videtur: nisi id vel statuto aut moribus introductum sit, vel Præses plura vota habeat, atque sic numero vincat. *vid. Anton. Tess. d. decis. 1. n. 5.*

Dictum autem est supra, in definitione pluralitatis nostræ votorum, eam Remedium juris esse. Et quòd Remedium quidem sit, ac multas ob causas maximè necessarium, ex iis, quæ *sup. n. 58. & seqq.* dicta sunt, facile apparebit. Juris autem remedium esse, ex jure Naturali, Gentium, Civili, eoque tam privato quàm publico, Canonico denique, & aliun-





87. & aliundè, abundè probari potest. Ac Naturali quidem juri, hanc nostram votorum pluralitatem, quam maximè convenire, vel ex eo patet; quod in ipsâ Naturâ fundatum sit, duos vel tres, plus esse quàm unum, & plus videre oculos, quàm oculum; Indeque etiam votum per vota, & pauciora per plura, vinci debere. quid, quod natura legem esse, ait Hegesippus *apud Arum. de comit. cap. 8. n. 82. in fin.* omnibus hominibus, volatilibus, feris bestiis infusam, ut unusquisque cedat potentiori. ac ordinem naturalem inter homines esse, ut major serviat minori, ubi verò contrarium obtinet, nullam esse justitiam, inquit S. Augustin. *in lib. quest. Genes. q. 53. allegatus in c. est ordo. 12. c. 33. quest. 5.*
88. Cui adstipulatur Gloriosiss. Imper. Matthias, in Decreto, in comitiis Anno 1613. factò, illis verbis: *Es sollen durch die Particular Ursachen / die gemeine Deliberationes, billich nicht gehindert werden / indem der Natur / aller Völcker Recht / der Guldenen Bull / den Reichs Constitutionibus, und dem richtigen Herkommen gemäß / daß in dergleichen Berathschlagungen / die Majora, die wenigere an sich zögen / 16. prout referuntur ab Arum. de comit. c. 7. n. 67. & d. cap. 8. n. 82. Magnif. Dn. Nic. Myler. in addit. ad Aur. Bull. Rumeb. p. 2. Diss. 3. th. 20. lit. A. Beker. in Synops. Jur. Publ. l. 4. c. 1. n. 13.*
89. Ex allegatis dicti Decreti verbis, ulterius patet, quod secundo loco dictum est. Pluralitati nimirum Votorum, etiam Jus Gentium suffragari. *per d. decretum, ibi: aller Völcker Recht.* Sic enim apud Athenienses, quòd Senatorum pars major scivisset, pro ratò fuisse habitum, scribit Sigon. *de Republ. Athen. lib. 2. c. 3. & decreto verò. & lib. 3. c. 4.*
90. Et Lacedæmoniorum hoc fuisse laudabile institutum, interea, dum aliquid decernebatur, omnes pro animi sui sententia consulere, ubi quid decretum esset, idem laudare omnes, atque eos quoque adjuutores esse, qui ab initio refragati



fragati erant, ex *Plin. nepot. refert Petr. Ærod. de orig. & author. rer. judicat. lib. 1. tit. de just. & jur. cap. 21.* Apud Romanos quoque, lege cautum erat, *M. Cælio teste*, ut quod major pars judicaverit, id jus ratumque esset. *Cic. l. 8. Ep. ad fam. 8. & Symmach. 4. Epist. 27.* scribit: legem curiæ Romanæ illam esse, ut majoris numeri antister auctoritas; quò etiam vetus comitiorum formula spectat: **HÆC PARS MAIOR VIDETUR.** *Cic. loc. cit. Fabius declamat. 385. Seneca de vit. beat. cap. 2. allegati à Zachar. Vietor. de exempt. Imper. d. conclus. 5.* Apud Græcos, Theodosii constitutio extat, quod, ubi diversæ proferuntur sententiæ, potior numerus vincat. *l. un. C. Theod. de Respons. Prud.* Apud Neapolitanos idem mos servatur, teste *Matth. de Afflict. decis. 1.* In Senatu Sabaudico vincit majoritas votorum, *Anton. Tess. d. decis. 1. n. 2. & in Parlamento Galliciarum supremo. Cass. Tessaur. in addit ad d. decis. 1. Anton. Tess.* Nec non in supremo Lusitaniæ Senatu idem obtinet. *Anton. de Gamma decis. 1.* Quod etiam in Germanorum Comitiiis observatum esse docet *Nicol. Cusan. lib. 3. cap. 33. in Concord. Cathol. Bertram. d. disc. de. comit. thes. 73. Arum. d. comit. d. c. 8. n. 83. & Cass. Klock. d. c. 6. de contrib. num. 42. & seqq.*

Diximus tertio loco, Jure quoq; Civ. hanc nostram votorum pluralitatem locum habere: eoque tam Publico quàm privato. Et quod ad privatum quidem attinet, res expedita videtur, per textus supra passim allegatos, nominatim vero, per *l. Juris Gent. 7. §. fin. II. d. pact. l. nulli 3. II. quod cujusq; universit. nom. l. item si. 17. §. principaliter 6. & §. f. l. diem proferre. 27. §. si plures. 3. II. d. recept. qui arb. l. Pompon. 36. in f. l. duo. 39. II. de re jud. l. quod major. 19. π. ad Municip. l. nominationum. 45. C. de Decur. i. si quod. pen. in f. C. de legation. lib. 10. & aliis locis. ex quibus luculenter apparet,*

C

ret,



ret, non esse juris incogniti, in actibus universitatum & collegiorum, majoris partis consensum sufficere, minoremque partem, non obstante dissensu & contradictione suâ, compelli posse, ad id, quod à majore universitatis parte, constitutum adprobatumque fuit. imò & inter regulas juris relatum esse: referri ad universos, quod publicè fit per majorem partem, patet ex *l. aliud est. 160. §. referitur. 1. II. de R. I. Klok. de contrib. d. c. 6. n. 14. Lim. de Jur. Publ. l. 9. c. 1. n. 177. Bertram. d. l. Rumel. ad. A. B. d. p. 2. D. 3. th. 20. Autor des Fridbergischen Berichts d. p. II. n. 6.*

102. Idem de Jure quoque Publico procedit, ut ex ipsis  
 103. ejus fontibus, haud difficulter probari potest. Et primo quidem per text. in Aur. Bull. tit. d. Elect. Reg. Rom. 2. §. *prestito. 1. & §. postquam autem 3.* Ubi Caesarem, per majorem partem Electorum, eligi posse, disertè scriptum est, quò iterum collimat, *D. Imp. Matthias in d. Decreto. ibi:*  
 104. *der guldenen Bull.* Deinde & per constitutiones Imperii idem fulcitur, ut rursus innuit *Imp. Matth. in alleg. Decreto.*  
 105. Quod si exempla requirantur, plurima inveniemus, *veluti Reichs Abschied zu Cöln und Trier/de An. 1512. §. Es sollen auch die Chur Fürsten. 7. ibi: Und was dieselbe/so erschienen sind/oder der mehrere Theil auf ihnen/ze. Regim. Ordn. zu Worms. de Anno 1521. §. Wurde sich auch Begeben. 12. R. A. zu Nürnberg. de Anno 1522. art. Welcher Gestalt. 3. R. A. zu Speyer. de Anno 1542. §. Und diesen Obristen Hauptmann. 23. R. A. zu Augspurg. de Anno 1555. §. Und damit die Obristen. 69. R. A. zu Augspurg. de Anno 1559. §. Diesen Beschwerden. 44. R. A. zu Regenspurg. de Anno 1576. §. Da dann die Sache. 98. R. A. zu Regenspurg. de Anno 1594. §. Da dann die Sache. 119. ex quibus omnibus & singulis, luce meridianâ clarius patescit, in collegiis & consultationibus, majorem partem, regulariter*



riter minorem ad se trahere, & quod pluribus placuit, legis  
habere vigorem, *ut utar verbis Imp. nostri Justin. in §. sed*  
*& quod. 6. §. de J. N. G. & C.* Denique etiam probatur per. 106.  
*Instrum. Pac. Cæs. Suec. art. 5. §. 2. §. pluralitas autem. 9. &*  
*§. 19.* Ubi, dum ab effectu pluralitatis votorum, causæ  
quædam excipiuntur, satis clarè innuitur, Regulam in  
contrarium esse; seu, aliàs, regulariter majorem partem,  
minori præjudicare. quoniam, ut communis Dd. theórica 107.  
est, Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis.  
*Bertram. d. th. 73. Arum. d. comit. d. cap. 7. num. 67. & d. c. 8.*  
*num. 83. idemq; ad A. B. D. 2. th. 15. Buxtorff. ad A. B. thes. 34.*  
*& seqq.*

Præterea & Juri Can. innitimur, quo idem consti- 108.  
tutum esse, reperiemus. *tum, per ea quæ supra num. 56. dicta*  
*sunt, tum imprimis, per cap. Ecclesia 57. extr. d. Elect. ubi sa-*  
*nioritas ex numero aestimatur, & propter majorem nume-*  
*rum altera pars debebat sanior reputari. & c. ex parte. 4. extr.*  
*de his quæ fiunt à maj. part. cap. ubi plura, sanioribus, haud*  
*obscurè preferuntur adde t. t. extr. de his quæ fiunt à maj. part.*  
*cap. c. venerabilem 34. cap. cum inter 21. §. discretioni vestra*  
*cap. cum in jure. 33. cap. coram. 35. extr. dict. tit. de Elect.*  
*in quibus textibus, in omnibus Ecclesiis, electionibus, aliisq;*  
*congressibus, plurium suffragia attendenda esse, expressè habe-*  
*tur.* Quò enim major est numerus, eò majori zelo ne- 109.  
gotium factum præsumitur, & creditur prudenter ac sa-  
pienter factum, quo à pluribus factum est. *d. c. Ecclesia 57.*  
*d. Elect. adde infr. num. 221. ubi de elect. Pontif. Rom. Autor des*  
*Fridbergischen Berichts l. cit. num. 18. & 31. Bertram. d. th. 73.*  
*Zaf. ad l. Pompon. 36. π. de re jud. num. fin.*

His accedit, communis curiarum usus & observan- 110.  
tia, in quâ se iterum fundat D. Imp. Matthias, in decreto suo,  
*ut videre est apud Arum. d. comit. d. cap. 7. num. 67. & d. c. 8.*



num. 83. in f. ubi ait, de hoc, neminem melius, quam ipsum Imperatorem, testari potuisse. Et sanè, quin in omnibus conventibus, tam universalibus, quàm circularibus, aliisque particularibus, solus votorum numerus, posthabita vel saniore, vel digniore parte, consideretur, neminem dubitare posse, qui vel semel ejusmodi congressibus interfuerit, dicit Autor des Fridbergischen Berichts, l. cit. num. 23. & 49. cujus verba, cum non solum adductis hactenus juris tam privati quàm publici textibus, sed & quotidianæ experientiæ optimè congruant, facile fidem merentur, ut proinde exempla recensere supervacuum sit.

112. Adstipulatur denique, communis omnium Jctorum sententia, qui unanimi consensu tradunt, majoritatem votorum, non in pondere, sed in numero poni, sicque singularitatem, & animositatem, minoris partis, per pluralitatem majoris, boni publici promovendi gratiâ, vinci debere. quorum totum catalogum texit. d. Autor des Fridbergischen Berichts / l. c. num. 7. Magnif. Dn. Myler. ad Aur. Bull. Rumel. d. p. 2. D. 3. thes. 20. lit. A. Dn. Tabor. ad Barbos. part. 2. lib. 11. cap. 4. Axiom. 2. adde omnino Dan. Ottonem de Jur. Publ. c. 13. p. m. 342. & seq. quo B. L. remitto.

Servemus [ergo] Leges patrias, infirma minoris vox cedat numeri, parvaq; in parte filescat. concludimus cum Prudent. lib. 1. tit. de credul. pleb.

113. Pluralitatis nostræ votorum, Definitione ac divisione propositâ, ut & ratione computandi, ac fundamentis, & causis, pro instituti nostri ratione demonstratis, sequitur, ut de requisitis ipsorum suffragiorum, atque modo & ratione ea ferendi, paucis quoque videamus.

114. Ad modum autem hunc, sive rationem, tria requiruntur, ut pars major minorem obligare possit. Et primo quidem requiritur ut omnes convocentur, quibus votum ferendi



ferendi jus est. *l. observare. 2. C. de Decur. Bartol. in d. l. nulli. 3. in fin. π. quod cujusq; universit. nom. & in l. heredes mei. 57. §. pero. 2. π. ad SC. Trebell.* Quoniam si hoc negligatur, & 116.  
 unus, vel quidam, ex illis, quibus votum ferendi jus est, ad consultationem non vocentur, sed potius excludantur, tunc reliquorum conclusio, hos non vocatos, obligare non valet; sed permissum iis est, reclamare, seque opponere. Nam, quamvis praesentia, duarum universitatis 117.  
 partium, sufficiat, ad validitatem actus; tamen, si tertia 118.  
 pars fuerit contemta, (secus enim est, si sine periculo vocari non possit. *c. quod sicut. 28. §. si autem Miridinis. extr. de Elect.*) potest pars non vocata, contemtum prosequi, & actum facere retractari, *per text. expressum. in d. c. quod sicut 28. §. quod si eos. extr. de electione.* cum plus possit, con- 119.  
 temtus unius, quam contradictio multorum. *c. bona memoria. 36. §. electionem. in fin. ibiq; Abb. extr. d. t. de elect. c. in Genesi. 55. extr. eod.* Quod adeo verum est, ut vel unicus 120.  
 ex collegio, non vocatus, totum actum annihilare possit: quoniam actus efficax fieri non potest, nisi forma obser-  
 vatâ. *arg. l. 1. pr. π. de V. O. Abb. ad d. cap. 36. pr. extr. de elect. & ad cap. 1. extr. de his quae sunt à majore parte. cap. n. 16. in fin. adde Ludov. Gremy & Hieron. zum Lamb / in Summa aller Acten und Nachschläge / der Erbaren / Freyen und Reichs Stätte Session, Stand und Stimm belangend. fol. L. 4. fac. 2. §. Gleicher Gestalt. & fol. M. fac. 2. §. Das dritte. Besold. de jur. univers. cap. 4. num. 2. & 3. Klok. de contr. d. cap. 6. num. 98. Wesenb. π. π. quod cujusq; univers. nom. n. 4.* Quod si quis 121.  
 vocatus quidem non sit, nihilominus verò compareat, sufficit illius praesentia. *arg. l. etiamsi. 29. §. fin. π. de minor. ubi praesentia & vocatio contradistinguuntur, ibi: nemine praesente vel ad agendum à Preside evocato.* facit quod actus su-  
 pervacuis sit, citari praesentem; Nisi tamen aliam ob cau- 122.



- fam quis adsit, tum enim sola ejus praesentia sufficere non videtur, sed insuper ejus citatio necessaria est. *Zaf. post Ang. Imol. & Dd. in l. de unoquoq. 47. II. de re jud. num. 6.* Si verò omnes citati sint, quidam verò nihilominus emanent, hi suo periculo emanent, nec minus quàm praesentes, reliquorum sanctione ligantur. cùm citationis effectus ille peculiaris sit, ut si qui emanent, nihilominus praesentes possint actum perficere. *Br. in l. I. II. de alb. scrib. n. 3. Wesenb. quod cujusq. univ. nom. n. 4. vid. inf. n. 195. & seqq.* Quæritur hîc: An & absentes à Civitate vel Provinciâ vocandi sint? Et negativam tuemur, cum communi Dd. Schola. *per l. fin. C. de legation. c. in Genes. 55. in fin. extr. de elect. Besold. de jure univers. d. cap. 4. n. 3.* Nisi tamen vel non longè quis absit, vel de negotio valdè arduo in collegio tractetur, vel de præjudicio absentis agatur, nam his casibus etiam absentem, vocari debere, volunt, *Felin. ad c. cum omnes 6. extr. de constit. num. 21. in fin. & n. 22. Abb. ad cap. 1. extr. de his que fiunt à maj. part. cap. n. 15. Wilhelm. Anton. de rescript. morat. conclus. 16. n. 7. & seqq.*
126. Alterum quod requiritur, est, ut hi qui vocati sunt, vel omnes, vel ad minimum duæ partes ex tribus conveniant. Ad hoc enim, ut actus universitatis, tanquam à majore ejus parte factus, valeat: necesse est, ut legitimo Collegiarum numero coacto, decretum fiat, qui duabus, ad minimum, trientibus seu tertiis, constare debet. *per text. satis expressum, in l. nulli. 3. II. quod cujusq. univers. nom. l. illa decreta. 2. cum l. seq. II. d. Decret. ab ord. fac. l. nominationum. 45. C. d. Decur. Wesenb. in c. de Decr. ab. ord. fac. n. 3. Abb. Panorm. ad d. cap. 1. extr. de his que fiunt à maj. part. cap. n. 16.*
128. Unde, si major pars collegii absit, minor pars, in ejus præjudicium, nihil concludere potest. quoniam, non, ut duæ partes praesentes, totam universitatem repraesentant, ita & minor



& minor pars præsens, majorem absentem repræsentrare potest. *Dn. Myler. in addit. ad Rumelin. d. p. 2. Diff. 3. thes. 13.*  
 Verum, in Imperio nostro, hoc semper observari non videtur: Sed Imperator in Comitibus, etiam si major pars Statuum Imperii non comparuerit, cum reliquis præsentibus, consultationibus institutis, decisionem imponere potest. Neq; hoc præter omnem rationem: tum per ea quæ *infr. num. 195. & seqq.* dicuntur. tum, quod alias præsentibus, qui honore obedientium ab Imperatore indigitari solent, obedientia sua, in damnum ac injuriam vergeret, eò, quod hoc pacto, magni sumtus, qui ad Comitibus requiruntur, frustra collocarentur. tum denique, quoniam emanentes hi, sibi imputare debent, quod sibi à minore parte præjudicatur, cum, si comparuissent, ipsi majora facere potuissent. Idem dicendum, si periculum sit in morâ. etenim, tempus, ubi ad aliquid peragendum, cum detrimento Reipublicæ labitur, & major pars non venit, minor pars se congregare, & validè concludere potest, *ut notat Cardin. Tusch. l. c. concl. 15. n. 19.* Et sanè, quod ii, qui Instrumento Pacis Westphalicæ subscripserunt, licet duas tertias Imperii Statuum haud constituerint, majorem tamen reliquorum partem, ad observantiam, & manutentionem, eorum, quæ in illo pacificationis Instrumento continentur, tam firmiter obligarint, ac si ab ipsis absentibus, subscriptio facta fuisset, in proapatulo est. Aliud verò statuendum, si negotium ita comparatum sit, ut majoris partis Statuum præsentiam desideret; quo casu, Comitibus Imperii, quandoque ob paucorum Statuum præsentiam, rebus infectis, dissoluta esse, ex *R. A. zu Worms de An. 1545. §. Und seyn auff solchen. 4. in fin. & R. A. zu Regenspurg de An. 1546. §. Dieweil wir aber. 5. apparet. conf. Jo. Henr. Stamler. de reservat. Imperat. §. 30. n. 9. & seqq. Rumel.*

130.

131.

123.

133.

134.

135.

136.

137.



*Rumel. ad Aur. Bull. d. p. 2. Diss. 3. thes. 13. & p. 1. Diss. 3. thes. 10. Ubi tamem Dn. Mylerus in contrarium disputat. adde Hippol. à Lapide. de Rat. Stat. J. R. G. part. 1. cap. 4. sect. 4. num. 7. p. m. 76. & seq.*

138. Tertium, quod ad modum ferendorum suffragiorum necessarium est, in eo consistit, ut omnes qui vocati sunt simul, & in unum, ac congruum quidem locum, conveniant, & in communi consentiant. Ad hoc enim ut attendatur factum majoris partis, requiritur, ut universitas sit solenniter congregata, & ut communicato consilio, & habitâ deliberatione, ipsi actus gerantur, adeoque omnes simul, non autem separatim, consensum præbeant. *d. c. in Genesi. 55. Aur. Bull. tit. d. PP. Electorib. in comm. 4. §. ceterum quoties. 4. ibi: in electionis termino in-*
139. *vicem congregatis.* Nam non solum maturius fit deliberatio, per congregatos, atq; liberius, utpote cum neque precibus, neque minis, vel timori, tanta vis sit, ut tam facile collegium movere queant, quàm singulos; neque offensio, quam repulsa parere solet, collegio tam onerosa sit, quam singulatim illis, qui petitioni noluerunt assentiri; Sed etiam minor pars, majorem ad suam sententiam, (si ea prudenter excogitata sit) nonnunquam inducere potest, juxta vulgatum enim versum.
140. Sapè etiam est olitor valde opportuna locutus, & ut *Cecilianus apud Cic. ait.:* Sapè sub sordido pallio lateo sapientia. Unde neque ab initio statim, extra congregationem, votum datum, attenditur: neque si postea alterutri parti accesserit, quidquam operatur. quoniam in actibus collegialibus, non sufficit, si collegæ postea separatim consentiant, vel alterutrius partis sententiam ratam habeant, cum hoc modo, non universitatis, sed proprio nomine, & ut singuli consentire viderentur.
141. Sena-



Senatorum autem auctoritatem, non esse disgregatam 145.  
 in singulos, sed junctam apud collegium, & in collegii  
 formâ, docet Masuer. *ad Ferrariens. tit. 30. gloss. 7. lit. 2.*  
*allegatus à Besold. d. jur. univers. d. cap. 4. num. 3. in f. neque*  
 differentia reliqua esset, inter consensum collegii, & con-  
 sensum privatorum, *arg. d. cap. in Genesi. 55. extr. de elect.*  
 Proinde, si in collegio aliquo, duæ quidem partes præ- 146.  
 sentes sint, ac major etiam illarum pars, aliquid conclu-  
 dat, postea autem, illi qui emanerunt, minori parti, in  
 collegio congregatæ, atque per majora victæ, accedere,  
 adeoque ex minoribus, per suas accessiones, majora effi-  
 cere vellent, vota horum, qui emanerunt, neutiquam  
 valebunt, utpote non in ipso collegio, & congregatione  
 deprompta. *Felin. ad d. c. 6. extr. de const. num. 18. §. Septi-*  
*mo fallit.* Planè, si negotium ita sit comparatum, ut vel 147.  
 periculum in morâ appareat, vel illud ipsum negotium 148.  
 quod tractatur, non collegialiter, sed separatim, per  
 legationes aut literas, expediri solitum sit, omnino di-  
 cendum est, his casibus congregatione opus haud esse,  
 tum *arg. Capit. Gloriosiss. memor. D. Ferdin. III. art. 7. Ubi*  
*expresse, casus, quando periculum in morâ est, à necessitate con-*  
*gregationis excipitur. tum per art. 13. d. Capit. & art. 14. Cap.*  
*Ferd. IV. Inclyt. recordat. ubi consensus Electorum, ad indi-*  
*cenda comitia necessarius, non collegialiter, sed per ablegationes,*  
*impetrari dicitur.* Idem fortassis dicendum est, de eo casu, 149.  
 quo de negotio magni momenti consultatur, ut videlicet  
 & tum, ii, qui fonticâ aliqua de causâ, veluti ob itinera  
 periculosa, vel morbum, collegio inter esse nequeunt,  
 separatim sententiam suam dicere possint, ut deinde ea  
 in pleno referatur. *vide dictos Authores summae der Rath-*  
*schlag/der Stätt Session, &c. betreffent fol. L. 4. fac. 2. & fol.*  
*M. 2. fac. 2. Besold. de jure univers. d. cap. 4. num. 3. Klock. de*  
 D contrib.



- contrib. d. cap. 6. num. 128. & seqq. Wilhelm. Anton. de re script. morat. concl. 16. num. 2. Buxtorff. ad Aur. Bull. th 33.*
150. Sed & locum congregationi destinatum, ac con-  
 151. gruum esse debere, diximus. Aliàs, utpote formâ ces-  
 sante, ipse quoq; effectus cessabit, nec ulla vota valebunt. *l.*  
 152. *cum sententiam. 6. C. d. sent. & interloc. omnium jud.* Ita ergo  
 Senatores in curiam convocari debent. *l. observare. 2. C. de*  
*Decur.* aut alium in locum publicum, ac convenientem.  
*l. si quod. 5. C. de legation.* qualis etiam Ecclesia est. *arg. §. 1.*  
 153. *J. de libert.* Consilarii in Dicasterium, Capitulares in-  
 154. Capitulum, & sic deinceps, ibique sententiam ac vota  
 155. proferre; non vero in privatis Præsidium autem Senato-  
 rum ædibus convenire, sed uti dictum, in publicis ad  
 hoc destinatis, ubi omnes liberè, tanquam in Republ.  
 esse possint. *Bruning. d. var. univ. spec. thes. 44. Anton.*  
 156. *Tessaur. in præfat. ad decis. Pedemont. num. 36.* Nisi tamen  
 157. necessitas, vel aliqua evidens causa, aliud suadeat, quod  
 exemplo belli imminentis, probat Anton. *Tess. l. cit.* vel  
 conventus in civitate particulares instituantur, quos De-  
 putationes vocant: nam has, etiam in privator, ædibus  
 celebrari, docet experientia.
158. Quartum requisitum est, ut vota, à Senatoribus  
 legitimè citatis, & congregatis, perquirantur, sive colli-  
 gantur, ac deinceps legitimè computentur. Verum  
 cum de computatione *supr. num. 66. & seqq.* jam dictum  
 sit, meritò eam hîc præterimus, tantum de collectione  
 159. votorum acturi. Colligendi autem sive perquirendi  
 160. vota, varius, apud varias Gentes, tam olim, quàm nunc,  
 semper observatus fuit modus; Et de veterum quidem  
 more, videri potest *Rosin. lib. 6. antiq. Rom. cap. 14. & l. 8.*  
 161. *cap. 3. & post eum Calv. in Lexic. verb. suffragium.* Hodie  
 itidem non unus ubivis modus est: in eo tamen omnes  
 conve-



conveniunt, quod vel palàm Suffragia ferantur, vel Secretò: ac utroque modo, iterum ferè dupliciter. Et palàm quidem colliguntur, dum à Senatoribus, vel vivâ voce sententiæ declarantur, ut in comitiis Imperii nostri Romani fieri solet. Vel (quod tamen rarius accidit,) vota ex Scripto præleguntur, & ad describendum dantur; quem modum à duobus quibusdam Legatis, in comitiis Anno 1594. usurpatum, in subsequentiibus vero Anno 1598. cum alterius alicujus Principis legatus, similiter votum suum ex scripto prælegere, & ad describendum dare vellet, à Directore Austriaco non permissum esse, refert Arum. de comit. d. cap. 7. num. 83. adde eund. d. cap. 7. num. 80. Secretò vero vota perquiruntur, cum Senatores, vel suppressâ voce, collectori quid sentiant aperiunt, quod in Electione Imperatoris Romani nonnunquam factum testatur Arum. ad Aur. Bull. Disc. 3. thes. 22. & de comit. cap. 7. num. 81. ac etiam per ipsam Auream Bullam non improbari videtur, arg. text. in A. B. c. de Electoribus in communi. 4. §. ceterum. 2. in f. ibi: vota singulariter habebit inquirere. vel per schedulas, aut globulos, suffragium ferunt; Prior horum modorum, in electione Pontificiis Rom. obtinet, uti enarratur, à Dn. Conring. in ceremoniali conclavis, commentariis historicis de Electione Urbani VIII. Papa, & Innocentii X. inserto. pag. 25. & seqq. ac in quibusdam negotiis, in Imperio nostro quoque usurpatur. Posterior, per globulos videlicet, in Italiâ, ac Venetiis præsertim, maximè frequentatur, eumq; eleganter describit Klock. de contrib. d. cap. 6. num. 50. & seqq. adde Arum. de comit. d. cap. 7. num. 80. & seq. Ubi quare in electionibus vota secretè, in aliis vero conventibus, publicè perquiri debeant, rationem indicat.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

D 2

Sive



168. Sive autem palàm collectio hæc fiat, sive secretè; omnium & singulorum, in collegio congregatorum, vota, perquirenda sunt; non Nobilium solùm, aut Seniorum vel Digniorum, sed Ignobilium etiam, Juniorum, ac minus dignorum.
169. Quoniam hi omnes æquè collegæ sunt, neq; in consultationibus, vel auctoritatem, vel gravitatem vocantium, inspicere solemus, *ut supra latè dictum est.*
170. Proindeq; etiam, quod *supr. n. 116. & seqq.* de contemptu in non vocando dictum est, idem & de eo, qui circa requisitionem voti versatur, intelligendum erit. Nam & hi, qui in collectione votorum præteriti sunt, contemptum illum vindicare, atque omne id, quod à cæteris gestum est, irritum facere possunt. *per d. c. quod sicut. 28. & c. bona memoria. 36. extr. de Elect.* utpote cum hoc casu contemptus non minor (qui *in dd. cc.* indistinctè attenditur) quàm in altero versetur.
171. Quocirca, licet major pars jus habeat concludendi, ita, ut etiam si minor pars contradicat, nihilominus conclusio valeat: tamen id non procedit, si pars minor, per contemptum non est audita.
172. Sed, ad validitatem actus, necesse est, ut omnes & singuli, de universitate, non solùm vocentur, sed etiam sententiæ eorum audiantur, vota colligantur, atque ita, quantum possibile est, unanimis conclusio fiat. *uti egregiè id demonstrant dd. Authores Summe der Stätte Rahtschlag. fol. M. 3. Abbas in d. c. cum omnes. 6. extr. de constit. num. 12.*
173. Ipsorum suffragiorum requisita, quantum quidem ad præsentem, de eorum pluralitate, materiam attinet, (nam aliàs, plura ad vota in se spectata, ut nimirum libera sint, ut sapienter excogitata, & ad bonum publicum spectantia, pertinere, non ignoro) duo præcipuè esse videntur.
174. Primum est, ut votum sit Clarum, certum, & Categoricalum; non obscurum, incertum, ambiguum, conditionatum;



tum, aut alternativum, multò minus ἀλλότριον, seu à præsentī negotio alienum. *c. in electionibus. 2. de Elect. in 6.* Tale enim votum inane esset, ac ob id, ad vitandas periculosas disputationes, votum hujusmodi non solùm cæterorum vim non impedit, sed etiam non computatur, nec pro adjecto habetur. *c. un. de postul. Pralat. in 6.* jure voti, si quis tale tulerit, pro eâ vice, ad coelectores eos, qui purè suam sententiam dixerunt, recidente. *d. c. 2. de Elect. in 6. Guilielm. Mandagot. in tract. de Elect. novor. Pralator. part. 1. c. 26.* Ubi tamen id, quod de amissione voti modo diximus, ad eum casum, quo votator, monitus, ut sententiam suam apertius explicet, nihilominus in perplexitate, vel conditionatâ responsione persistit, restringere, æquius videtur. *Arum. de Comit. d. cap. 7. n. 79.* Deinde suffragium & nervosum, breve ac concisum esse debet, non humidis ac lapsantibus verbis diffluens, nihil ponderis in recessu habens, sed ita comparatum, ut in pectore, non in ore natum videri possit. Quapropter is, qui suffragium ferre cogitat, in id sedulò incumbat, ut breviter (neque tamen ita, ut obscurus fiat) ea omnia, quæ ad puncti propositi resolutionem, necessariò dicenda sunt, proponat. cùm non unus aut alter tantùm, sed omnes audiendi sint; quod jus, ipsis, unius incongruâ verboritate, adimi non debet. *uti monet Arum. de comit. d. cap. 7. num. 136. & seqq. ubi pluribus hoc deducit.*

Sic itaq; vota justâ ratione conquisita, decenter prolata, ac legitimâ computatione majora reperta, Fictione juris, pro voto omnium habentur, sententiis discordantibus, hâc ratione conciliatis, ut plures ex discordantibus illis, inter se convenientes, accipiantur pro omnibus. *Felin. ad d. cap. 6. ext. de constit. n. 18. vers. Duodecimo fallit. Cardin. Tusch. d. tom. 5. pract. concl. lit. M. concl. 14. n. 31. Besold. in thesaur. pract.*



181. *pract. verb. Einhelliglich.* Eorumque vis & effectus, spe-
182. ctatur Primò in iis, qui majora constituunt. Quoad hos enim, pluralitas votorum efficit, quod pluralitati suorum votorum, standum sit. Quoniam, quod major pars universitatis, Senatus, aut collegii, statuit, pro eo habetur, ac si omnes consensissent, & quod majoris partis assensus probat, id solennis firmat authoritas, l. si quod s. C. de legation. in fin. adde text. & rationes superius
183. adduct. Idque, non attentâ minoris partis vel dignitate, vel sententiarum sanitate, vel contrariâ consuetudine, cum neutra illarum in considerationem veniat, nec consuetudo talis introduci possit, ut supra num. 41. 51. & 65. ab
184. seqq. latè dictum est. Atque hoc in tantum verum est, ut etiam si major pars erret, nihilominus valeat quod ab ea agitur, Macagnan. Azzoguid. lib. 3. d. comm. opin. cap. 7. n. 22.
185. Autor des Fridbergischen Berichts. d. punct. 11. n. 26. Ob malam scilicet consequentiam, quæ aliàs exinde oriretur, si majora, ob præensum errorem, vel semel retractarentur, cum hoc modo, semper de errore aliquo suspicandi, aut disputandi, esset occasio, quod tamen non fieri publicè inter est, per ea quæ supra dicta sunt n. 52. & seq.
186. Limitatur autem hic effectus, ut procedat, nisi vel ratione formæ, ad votorum pluralitatem necessariæ, aliquid desit; vel actus à votorum pluralitate excepti sint. Nam utroq; hoc casu, omnis majorum effectus cessat. qui autem sint illi actus à pluralitate votorum excepti, infra suo loco dicitur.
187. Alterum effectum, pluralitatis nostræ votorum,
188. videre est, in parte minore, majori contraria. Quoad minorem enim hanc partem, pluralitas votorum efficit, ut ipsi, per majora alterius partis, præjudicetur, utpote cum majoris partis placitum præferatur, ac in id, pars
189. minor consentire teneatur. Iterum, sine ullo vel digniorum,



rum; vel saniorum respectu, quoniam ubi majora numero adsunt, ibi dignitas vel auctoritas cæterorum, *der Überstimmten* nim. non attenditur, sed major pars minori simpliciter prævalet. *per ea quæ supr. d. num. 41. & 51. diximus. Besold. in thesaur. pract. verb. maiste Stimmen / ubi ll. & Autt. allegg. adde Wilh. Anton. de rescript. morat. concl. 2. n. 12. & concl. 15. n. 108. Besold. I. Pol. 12. n. 61. §. 2.* 190.  
 rum hic effectus limitatur, primò, ut non procedat, si negotium, quod tractatur, ad universos ut singulos spectet. nam partem majorem, in hoc solum minori præjudicare, quod ad universos, ut universos, non ut ad singulos pertinet, colligi potest ex iis quæ dicentur *infr. n. 284. & seqq. Besold. in thesaur. pract. l. cit. Klock. de contrib. d. c. 6. n. 128.*  
 Deinde limitatur hic effectus, ut tantùm procedat, in iis 191.  
 negotiis, quæ ad universos quidem, ut ad universos, verum non jure suo, sed alieno, spectant, veluti, ut ad tutores, curatores, Rerump. administratores, &c. in iis enim quæ ad universos jure suo, & proprio, non alieno, spectant, minori parti per majorem non præjudicatur.  
 Unde si plures alicujus feudi vasalli, simultaneè investiti, 192.  
 in alienationem ejus consenserint, illorum tamen voluntatem sequi, & consentire, minor pars nequaquam tenetur. quoniam feudum, ad universos hos vasallos, jure suo & proprio spectat, talia autem, sine facto nostro, ad alium transferri non possunt *arg. l. id quod 11. n. d. R. J. vide Berlich. decis. 125.*  
 Tertio limitant prædictam regulam, 193.  
 ut major pars minori non præjudicet, in materiâ delicti. utpote cum iniquum sit, majorem partem universitatis delinquentem, minorem innocuam, ac etiam contradicentem, citra suam culpam, ad pœnam obligare posse. *Speidel. in addit. ad thesaur. pract. Besold. loc. cit. in fin. Cardin. Tusch. sub. lit. M. concl. 14. n. 29. & n. 3.*  
 Quartò limitatur, ut 194.  
 non



non procedat dictus effectus, si pars minor sit peculiari jure munita. *ut infr. n. 349. pluribus dicitur.*

195. Tertius pluralitatis votorum effectus, in illis occurrit, qui ad consultationem, legitimè quidem vocati sunt, sed nihilominus emanent, neque per se, neque per procuratorem comparentes. Hi enim suo periculo emanent, voto, quod eâ vice habuissent, privantur, nec minus quam praesentes, plurium sanctione ligantur. *per text. in Aur. Bull. tit. 1. §. Princeps. 21. in fin. Reichs Abschied zu Trier und Cöln/ de An. 1512. §. Es sollen auch die Chur Fürsten. 7. R. A. zu Regenspurg/ de An. 1541. §. Wir/ auch Chur Fürsten. 66. & seq.*
196. Neque quidquam interest, si venire quis nequiverit, siue noluerit. *c. quod sicut. 28. vers. Miridinis. extr. de Elect. cum, ut supra num. 123. dictum est, Citationis hic effectus peculiaris sit, ut si quis emanat, praesentes nihilominus actum perficere possint. Br. & Wes. loc. ibid. alleg.*
197. Unde etiam, ceu clausula comminatoria, literis comitialibus inferi solet: *Deine Liebde erscheine alsdann/ oder nicht/ solle doch nichts desto weniger/ mit den andern gehorsamen Ständen/ zum Beschluß gehandelt werden/ und deine Liebde verbunden seyn/ was also beschlossen/ so wol/ als wann sie zugegen wäre gewesen/ zu vollziehen und zu leisten. Magnif. Dn. Myler. de Principp. & Statib. Imp. cap. 15. num. 18. in fin. & in addit. ad Aur. Bull. Rumel. d. p. 2. Diss. 3. thes. 12. Dn. Limn. de I. P. lib. 4. cap. 7. n. 46. Arum. de comit. cap. 5. n. 41. Modò tamen cætera paria, id est, ita comparata sint, ut ne emanentes hi, vel propter formam, ad majora valida efficienda, necessariam, omissam, vel propter materiam, pluralitatis votorum non subjacentem, justam contradicendi causam habeant. *de quibus in antecedentibus & subsequentibus fusius actum.**
- 198.
- 199.

Quartus



Quartus effectus Pluralitatis votorum, conspicitur, 200.  
 in Collegis ad consultationem quidem vocatis, ac etiam  
 praesentibus, sed per contumaciam suffragari nolentibus.  
 Nam & hi, majori parti accedunt, ac quod illa decrevit, 201.  
 observare tenentur.. Id quod vel inde probatur, quod 202.  
 omnes, qui in collegio congregati sunt, id, quod majori  
 parti placuit, aut adprobare debeant, aut reprobare; neu-  
 trum si faciant, majora penes eos remanent, penes quos  
 jam fuerunt, utpote cum per silentium horum, eis nihil  
 accesserit, vel decesserit. Cum itaque, majori parti, hoc  
 modo, nihil sit ademtum de suis votis, illius quoque  
 placito statur, ita, ut omnes reliqui, in id consentire te-  
 neantur. Accedit, quod talis etiam contumax sit, con- 203.  
 tumacem autem, pro membro collegii planè non haberi,  
 satis innuit textus in A. B. tit. 1. §. Princeps. 21. in f. Arum.  
 de comitiis cap. 8. num. 91. in f.

Proximi his sunt illi, qui neque majoris, neque 204.  
 minoris partis sententiae subscribunt, sed indifferentes,  
 seu, (ut hodiè loquuntur,) Neutrales sunt. Circa hos 205.  
 enim, Quintus pluralitatis nostrae votorum effectus versa-  
 tur; utpote cum & hi, pluribus votis includantur, ac  
 majoris partis placito stare cogantur. tum per eandem 206.  
 rationem, per quam tacentes majoribus accedere modo  
 diximus, eam scil., quod quoties quis non vult consen-  
 tire, in aliquem actum, gerendum per universitatem,  
 debeat expressè contradicere, cum aliàs pro consentiente  
 habeatur. Abb. ad cap. 1. extr. qua fiunt à maj. part. cap. n. 13.  
 Tum, quod indifferentes hi, utrique parti, quodammodo 207.  
 assensum praebere videantur, adeoque nullam, vel mi-  
 nuere, vel augere possint, imò multò magis, majori  
 parti, cum ab ea non expressè recedant, includantur..  
 Arum. de comit. dict. cap. 8. num. 88. Lehmann. in Chron.

E

Spirens.



*Spirens. lib. 7. cap. ult. sub rubr. Chur: Fürsten: Rath. §. ob auch einer.*

208. Tandem hoc etiam de Absentibus verum est. Cum enim hos ad collegium vocari, nisi certis casibus, necessum non sit, *ut n. 124. & 125. asserui*, illorum quoque, sive dissensus, sive assensus, nihil operabitur, ac proinde & hi,
209. concluso, à majore parte facto, tenebuntur. Ne scilicet nonnullorum absentia, debilitet, quod à majore parte constitutum fuerit, *ut Imp. loquuntur, in d. l. nominationum. 45. C. d. Decur.* quod magno Reip. damno fore, facile patet. *Felin. ad d. cap. cum omnes 6. extr. de const. num. 21. §. quarto nota. & num. 23. pr. Autor des Fridbergischen Besichts. d. punct. 11. num. 9.* Modo tamen iterum nihil ratione formæ desit; & negotium quoque ita sit comparatum, ut universitatem, non ut singulos, sed ut universos: & universos etiam, non jure suo proprio concernat.
211. Nam, quod denuò inculcandum, omnes hi effectus, tum demum procedunt, si cetera quoque paria sint, id est, si & legitimus modus, sive forma ad majora perveniendi, observetur, & causa quoque quæ tractatur, ita sit comparata, ut pluralitas votorum locum in ea habere possit.
212. illâ enim deficiente, totus quoque actus corrui; hâc vero
213. cessante, etiam ipsos majorum votorum effectus cessare, necesse est. quoniam ubi nullâ est, vel esse potest, votorum pluralitas, ibi nec est, vel esse potest, ejusdem effectus. Quænam autem causæ votorum pluralitati subjaceant, quæ non, ex sequentibus apparebit.
214. Sequitur ergò, ut videamus, quibus casibus Pluralitas nostra votorum locum habeat, & quando vicissim non
215. obtineat. Utrumque autem, vel respectu personarum consultantium, vel ratione rerum in consultationem
216. deductarum, contingere videmus. Et respectu quidem perso-



personarum, votorum pluralitatem efficientium, in genere sciendum est, majora, seu pluralitatem votorum, non nisi in Statu Polyarchico, & in collegiis illis, in quibus Senatores omnes parilis sunt autoritatis, ac omnes votum decisivum habent, obtinere posse. Cum enim natura 217.

Polyarchiæ simplicis requirat, ut exercitium Jurisdictionis, non sit penes quemlibet Reipublicæ administratorem separatim, sed ut omnes imperii participes, simul imperent; hincq; negotia per omnes simul expediantur, utpote administratione non ut singulis, sed ut universis concessa: merito quoque, si quid deliberandum decernendumvé est, in Polyarchico Statu, consilia numeranda sunt, semper plurium suffragiis præpollentibus pauciorum. Sic 218.

itaq; (ut exemplo utar,) quod in Rebuspublicis Aristocraticis, major pars Optimatum; quod in Imperii Romani comitiis, major pars trium (Electorum nimirum Principum ac Civitatum) collegiorum; ac in specie, quod in collegio Electorum, major pars Electorum: quod in collegio Principum, major pars Principum; quod in collegio Civitatum, major pars Civitatum, ac sic deinceps, decreverit, pro decreto omnium valet. Stante regulâ generali, in 219.

omni collegio, cœtu, ac universitate, in quâ plures eadem gaudent potestate, suffragia regulariter ad numerum exigenda esse. *Autor des Fridbergischen Berichts/dict. punct. II. num. 6. 7. 8. & 30. Bertram. de comit. loc. cit. Arum. de comit. cap. 7. n. 66. & cap. 8. n. 74. 77. 82. & 93. Anton. Tessaure. decis. I. Besold. I. Pol. 7. n. 2. & 3. Idemq; de Jurisd. Imp. Rom. d. q. 15.*

Ratione rerum in consultationem deductarum, majoritas votorum, tam in causis Ecclesiasticis, quam Politicis, regulariter procedit. ac nominatim quidem locum 220.

habet. I. In Electionibus, non solum Pontificum Romanorum, (collegium enim Cardinalium hanc consuetudinem 221.





- nem diligentissimè observat, ut in electione Papæ purè & simpliciter ad majora respiciat, *ut apparet ex c. licet. 6. extr. de Elect.*) Sed etiam Archi Episcoporum, Episcoporum, ac Principum Ecclesiasticorum. *cap. nec Episcopi. 7. extr. de tempor. ordinat.* nec non in Electione Abbatum, Prælatorum, Præpositorum, Decanorum, ac deniq; quorumvis aliorum religiosorum. *c. cum inter 21. §. Discretioni vestra. c. cum in jure. 33. extr. de Elect. c. quorundam. 24. eod. in 6. arg. cap. 1. junct. c. quia prop. 42. extr. d. tit. c. venerabilem. 34. §. objectioni. c. coram. 35. extr. eod. tt. extr. de his quæ fiunt à maj. part. cap. ubi in cunctis Ecclesiis ac electionibus plurium suffragia attendi jubentur. Adde d. tr. Guil. Mandagot. de elect. nov. Pralat. p. 1. per totum.*
224. Deinde locum habet pluralitas votorum, in præsentatione rectorum Ecclesiæ, à patronis faciendâ. quando
225. enim in plures partes, fundatorum se vota diviserint, is, qui à majore parte vel numero præsentatur, omnibus modis ab Episcopo institui debet. *c. quon. 3. extr. de jur. patron.* nisi hoc sine scandalo esse nequiverit, vel, quæstio inter Patronos de jure patronatus emerferit, eaq; intra quatuor menses non sit definita. hoc enim casu, Episcopi, vel ejus, cui jus Episcopale competit, est, unum eligere. *d. c. 3. Brautlacht. lib. 5. Epit. Jurisp. Publ. c. 5. n. 19. Card. Tusch. l. cit. concl. 14 n. 18. Klok. de contr. d. c. 6. n. 25.* Tertio votis plurium
227. subjectæ sunt, collationes beneficiorum pluribus competentes. Quod enim de patronis modo diximus, idem & de hoc casu, ob identitatem rationis, dicendum est: ut videlicet beneficium quodcunque ei conferendum sit, cui conferri major pars collatorum velit. *uti post Feder. de Senis. cons. 1. n. 3. docet Cardin. Tusch. d. concl. 14. n. 19.* Deniq; huc
229. spectant causæ quæcunq;, quarum expeditio pertinet ad
230. collegia Canonorum, alle Capitel oder Stiffts-Sachen/ cum



cùm enim in iis omnes judicent ut universi, inde etiam 230.  
 majoris partis consensus sufficit. *Zaf. ad d. l. Pompon. 36. II.*  
*de re jud. n. 13. Klok. d. cap. 6. n. 32.*

Quantum ad causas politicas attinet, idem dicendum 231.  
 est, uti partim ex præmissis, partim ex subsequentibus ma-  
 nifestum erit. Primò itaque majora obtinent, in 232.

omnibus congressibus, in quibus de causis publicis,  
 non solum totum Imperium, sed & Circulos, ac Civi-  
 tates ejusdem concernentibus, agitur. *In allen Reichs-  
 Craiß- und Stätt-Versamlungs-Sachen.* Per totum enim 233.

Imperium Romanum, semper, ac in omnibus causis, ad illa  
 collegia, de quibus dixi, pertinentibus, & sui naturâ ma-  
 jora admittentibus, secundum ea judicatur, uti omnes  
 Recessus Imperii, Circulares, & alii, nec non statuta ac or-  
 dinationes, id demonstrant, ac vulgò nota sunt. *Vid. Recess.  
 Imp. supra num. 105. allegg. Marq. Freher. in comm. ad constit.  
 Adolphi p. 14. citatus à Bertram. d. disc. de comit. th. 73. Autor  
 des Fridbergischen Berichts. d. p. II. n. 23.*

In specie verò majora concludunt In causis Electio- 234.  
 num, & I. quidem in Electione Imperatoris Romani. *per al-  
 legg. text. in Aur. Bull. cap. 2. §. 3. & §. 4.* Cùm enim hæc 235.

electio, spectet & pertineat ad Principes Electores, ut ad  
 collegium & universitatem, non ut ad singulos, idcirco  
 quod major pars facit in eligendo, firmum erit, sicut in  
 quibusvis aliis actibus collegii. modo ea electio, non fit, 236.  
 contra antiquam consuetudinem Imperii, vel in maxi-  
 mum ejus præjudicium tendat. *notante Rumel. ad Aur. Bull.  
 Diss. 3. th. 8. ibiq. Speidel. in addit. Buxtorff. ad eand. conclus. 34.  
 & seq. Bertram. d. th. 73. Autor des Fridbergischen Berichts.  
 loc. cit. num. 16. Speidel. in speculo notabil. verb. Einhelliglich.*

II. Idem fit in electione Ducum circularium & eorundem 237.  
 adjunctorum, *der Craiß-Obristen und dero Zugeordneten.*  
 E 3 cùm



238. cū enim Circulis datum fit, ut quilibet eorum, Ducem sibi eligere possit, ac quatuor eidem praterea adungere Consiliarios Laicos, *ut patet ex Erklärung des Land-Friedens zu Nürnberg. de Anno 1522. tit. Welcher Gestalt durch einen jeglichen der zehen Craiß / ein Hauptmann / und vier weltliche zugeordnete Rächte erwöhlet werden.* nullā id aliā ratione fieri potest, quā per vota plurium Statuum cujusque Circuli. *R. A. zu Augspurg / de Anno 1555. §. Und damit obgesetzte Ordnung. 56.*
239. Neque III. aliud obtinet, in aliorum Magistratum, v. gr. Civitatum Imperialium, vel aliorum officialium, electionibus. quoniam pro regulā traditum est, si in electionibus dissensus sit, stari sententiæ majoris partis. *per text. supr. n. 223. adductos.*
240. Secundò, ad pluralitatem votorum spectat, negotium legum ferendarum, interpretandarum, & abrogandarum.
241. Quemadmodum enim in statu Monarchico, sive Regio, id quod soli Principi placet legis habet vigorem. *§. sed & quod, 6. J. d. J. N. G. & C. l. i. pr. II. de const. Pr.* ita quod in Polyarchico regimine, pluribus visum est, legis vicem obtinet. Congregantur enim, ii penes quos est Imperium, pro legibus ferendis. *ait Arist. 4. Polit. 14.*
242. In Imperio nostro Romano Germanico, sanctio, interpretatio, & correctio legum, ad Imperatorem, unā cum Electoribus & Statibus pertinet, ac proindè etiam votorum pluralitati subjacet. *Capitul. Carol. V. art. 2. Capitulum Augustissimi Imp. Leopold. art. 2. ibi: Wie Racht und Bewilligung / unserer und des Heiligen Reichs Chur-Fürsten und anderer Stände / etc. Instrum. Pac. Cas. Suec. art. 8. §. gaudeant. 2.*
243. Unde etiam Recessus Imperii, non Imperatoris, Reichs Abschiede / nicht Kaisers Aussätze nuncupari, ait Braudlacht. *in d. Epitom. Juris Publ. l. 7. cap. 3. §. 3.*

Tertiò



Tertiò huc pertinet, Causa sive conditio Belli, tam 244.  
 decernendi, quàm gerendi. Sic rursus in Imperio no- 245.  
 stro, non solum indictio belli, Imperii nomine gerendi,  
 (nam si alio nomine, V. gr. ut Rex Hungariæ, &c. Im- 246.  
 perator bellum moveat, consensum Statuum Imperii  
 non requirit. *Lim. ad capit. Carol. V. art. 2. p. m. 183.*) sed & ejus  
 propagatio, non nisi de comitali liberoque omnium  
 Imperii statuum suffragio & consensu fieri debet. *uti ex-  
 presse cautum est in Instrum. Pac. Cas. Suec. d. art. 8. §. 2. Capi-  
 tul. Carol. V. art. 11. Ferdin. I. art. 10. Maxim. II. art. 7. Rudol-  
 phi II. art. 10. Matthia. art. 11. Ferdin. II. art. 9. Ferd. III. art. 11.  
 Ferdin. IV. artic. 11. Leopold. artic. 13.* Aliud est, si bellum, 247.  
 defensivum sit, vel periculum in morâ. quo posteriori  
 tamen casu, ad minimum Electorum consensus necessa-  
 rius est, *per textum expressum in capit. Ferdin. IV. d. art. 11.  
 ibi: Oder zum wenigsten der sieben Chur-Fürsten / in Sas-  
 chen / da in dem Verzug Gefahr stünde. junctis capp. ceteris  
 allegg. licet priori illo, nec Electorum suffragia expectanda  
 videantur. arg. dd. capp. in fin.* Sed quid de consilio bellico, 248.  
 vom Kriegs-Rath / ex officialibus Bellicis constante, dicen-  
 dum? an & in hoc pluralitati votorum locus est? Et affir-  
 mativa verior videtur. *per N. A. zu Speyer / de Anno 1542.  
 §. Und diesen Obristen. 25. ibi: Und was einhelliglich oder  
 mit dem mehrern Hauff beschlossen.* Si videlicet, qui in 249.  
 consilium assumti sunt, omnes votum decisivum habeant.  
 Secus autem si nudi consilii causa adhibeantur. tum enim 250.  
 Ducis est, id quod sibi optimum videtur eligere. ut infr.  
 num. 275. de dicasteriis Principum dicendi erit occasio.  
*vide Macagnan. Azzoguid. de commun. opin. lib. 3. c. 7. n. 21.*  
 Quartò etiam confederationes ad Pluralitatem vo- 251.  
 torum spectant; utpote quæ in statu sive Regimine plu-  
 rium, non nisi de consensu quoque plurium, pangi pos-  
 sunt.



252. sunt. Ita rursus Imperator Rom. in capitulatione sua promittit, se citra consensum Serenissimorum Electorum & Statuum, vel omnium vel majoris partis, nullum foedus, sive in Imperio, sive extra illud, Imperii nomine initurum, sed omne id negotium, convocatis Electoribus & Statibus, ad locum commodum, atque sic collegiali consensu, non particularibus ac separatis declarationibus, (nisi salus publica & utilitas majorem festinationem exposcat) gesturum. *capit. Ferdin. III. art. 7. adde capit. Carol. V. art. 7. Ferdin. I. art. 6. Maxim. II. art. 4. Rudolphi II. art. 6. Matth. art. 6. Ferdin. II. art. 6.* Ubi illud notandum venit: quod, quamvis in allegatis hactenus capitulationibus, Electorum tantum consensus, non etiam reliquorum Statuum requiratur, hodie tamen ille solus non sufficiat, sed omnium statuum suffragium attendi debeat, *ut expresse cautum est, in Instrum. Pac. Cas. Suec. d. Art. 8. §. Gaudeant. 2. nec non, in. capit. Ferdin. IV. art. 7. ac hodierni Imp. art. 10.*
254. Quodsi vero salus publica celeriore expeditionem requirat. solus Electorum consensus sufficiens est, modo collegialiter requisitus sit. *d. cap. Ferdin. IV. art. 7. & Leop. art. 10. in quibus, quod in capitulatione Ferdin. III. de consensu etiam non collegiali, seu particulari, tempore necessitatis sufficiente, dictum est, iterum abrogatum videtur.* De confoederatis inter se, idem quod de ineundis foederibus, est intelligendum, nam & id, quod facit major pars confoederatorum Principum vel communitatum, in causis foederis, rati haberi debet, licet minor pars confoederatorum contradicat. quoniam reguntur ad instar unius corporis *uti post. Martin. Laudens. tr. de confed. Princip. concl. 44. docet Macagnan. Azoguid. d. comm. opin. d. l. 3. cap. 7. n. 20. & ex eo Klock. de contrib. d. cap. 6. n. 28. & Autor des Friedbergischen Berichts d. p. 11. n. 24.*



Quintò majoritas votorum obtinet, in causis mone- 256.  
 tariis. Quando enim in republ. in quâ summa potestas pe-  
 nes plures existit, defectus monetæ corrigendus venit, aut  
 certus valor, an **Schrot und Korn** / statuendus est, attendi-  
 tur consensus majoris partis. Sic iterum in Imperio nostro, 257.  
 de consensu Electorum ac Statuum, causæ monetariæ ex-  
 pediuntur, uti apparet, tam ex **R. A. zu Augspurg** / de Anno  
 1551. §. Ferner haben Wir. 35. item ex **Münz-Ordnung zu**  
**Augsp.** de An. 1559. §. I. **R. A. zu Augsp.** de An. 1566. §. Dem-  
 nach haben Wir. 151. **R. A. zu Speyer** / de An. 1570. §. Neben  
 angehörten. 120. & §. Als haben neben Uns. 122. & aliis, quos  
 recenset *Limn. ad Capitul. Carol. V. artic. 27. p. m. 291. verb.*  
*zum förderlichsten / & ad capitul. Rudolphi II. art. 28. p. m. 517.*  
*quàm ex capitulationibus Imperatoriis, nominatim. Carol. V.*  
*art. 27. Ferd. I. art. 25. Rudolph. II. art. 28. Matth. art. 33. Ferd. II.*  
*art. 32. Ferd. III. art. 36. Ferd. IV. art. 34. Leopoldi. art. 33.*

Denique huc pertinent causæ Pacis, arg. eorum qua. 258.  
*num. 244. & seqq. de conditione belli diximus.* Causa pon-  
 deris & mensuræ. arg. *Reform. Polit. zu Augspurg.* de Anno  
 1530. art. von **Eln / Maß / und Gewicht.** 30. & aliæ, quas  
 lubens prætereo. *videri tamen possunt apud Theod. Sprenger in*  
*Jurisprud. Publ. rubr. de Reservatis. p. m. 26. & seqq.*

Quemadmodum autem hæcenus, pluralitati no- 259.  
 stræ, in causis publicis, & congregationibus, Imperium to-  
 rum concernentibus, ut & reliquis, ad Circulos, &c. spe-  
 ctantibus, locum esse, pro instituti ratione probatum  
 ivimus; ita & in quorumcunque aliorum collegiorum, 260.  
 & universitatum negotiis, eam usurpari videmus. Quo-  
 tiescunque enim plurium personarum iudicium requiri-  
 tur, toties illa sententia valet, quæ à pluribus pro vera ha-  
 betur. *per d. l. Pomponius. 36. ibi: quia & si dissentirent, plu-*  
*rimum sententia valeret. II. de re judic.* Hinc si eligantur. 261.  
 H  
 Medici



- Medici, qui videant & referant, num vulnus sit mortale, & sint discordes, statur dicto majoris partis. *Macagnan. Azzoguid. de comm. opin. lib. 3. cap. 7. n. 29. Autor desß Fridbergischen Berichts. d. punct. 11. n. 28.*
262. Si ex tribus obstetricibus, duæ, vel omnes, prægnantem mulierem videri renuncient, pro prægnante habetur, *l. 1. pr. II. de vent. insp. 263.* Idemq; in causis artificum observari, post *Azzoguid. l. cit.*
264. notat *Klok. de contrib. d. c. 6. num. 31.* Ut & in causis tribunalium, & opificiorum Mechanicorum. *Autor desß Fridbergischen Berichts l. cit. num. 28. in f.* Illud de his causis in genere sciendum est: quamvis in iis sententia majoris partis, opinioni partis minoris præferatur, non tamen ita obligare, ut necessariò illi ad quiescendum sit, sed aliorum
266. etiam examini, causam de novo subjici posse. quoniam sententia, ex judicio peritorum lata, nunquam in rem judicatam transit, *arg. l. Divi fratres 17. II. de jur. patron. Sed ut alia sententia, ex privilegiatis probationibus lata, retractari potest. arg. l. si qui. 34. C. ad L. Jul. de adult. l. admonendi. 31. II. de jurejur. ut docet Consumatissimus Jctus, Magnificus ac Nobilissimus Dn. Wilhelm. Ludvvel. &c. Dominus, Patronus, ac Doctor meus, religiosâ veneratione, etatèm mihi colendus, in notis ad Wesenb. II. d. vent. insp. num. 2.*
267. Superest, ut enumeremus casus, pluralitatem votorum respuentes? Hi iterum vel ratione personarum deliberantium, vel respectu rerum, de quibus deliberatur,
269. tales existunt. Personarum ratione, pluralitatem votorum, in Polyarchico tantùm statu, ac in iis collegiis, in quibus collegæ omnes parilis authoritatis sunt, votumque decisivum habent, obtinere, num. 216. innuimus?
270. Contrarium ergo servatur in statu Monarchico, utpote
271. quo, ad solius Principis nutum, omnia geruntur. Itaque, non solum, si Princeps immediatè quid decernat, nullus



nullus votorum numerus attendi potest, quoniam ab unâ  
 aliquâ personâ, nisi una sententia proficisci nequit; Sed & 272.  
 si Consiliariis suis, ad deliberandum aliquid proponat, ne-  
 cesse non habet, plurium sententiam sequi, sed quod  
 sibi optimum videbitur, eligere potest. Non enim ut in 273.  
 eo statu, in quo Senatores jus decidendi habent, suffragia  
 plurium necessario vincere oportet, ita & in hâc, quo nudi  
 consilii causa adhibentur. Quoniam priori casu, res ali- 274.  
 ter decidi nequit, ut supra num. 60. diximus, quod hâc ve-  
 rendum non est, cum id, quod Monarcha prætulit, sine  
 contradictione obtineat. *Petr. Gregor. Tholosan. de Republ.*  
*l. 24. c. fin. n. 4.*

Huc referenda sunt Consilia Aulica, *Fürstliche Cansley* 275.  
*oder Hof-Räthe* / utpote, in quibus, Principes ac Magnates,  
 consultationes suorum Consiliariorum ponderare, non ex  
 numero dijudicare tenentur. *Besold. de Jurisd. Imp. Rom. q. 15.*  
*pr.* Illud tamen Principem observare debere, cum contra- 276.  
 riam sententiam eligere maluerit, monet *Tholosan. loc. cit.*  
 ut non insolenter alteram partem rejiciat, sed tanquam  
 maturiore habitâ deliberatione, statuatur; non enim tunc  
 Consiliarios illos graviter id ipsum laturos esse, nempe  
 quod sciant, se adhibitos consilio Principis, non ut con-  
 cludant, & judicium absolutum ferant, sed ut tantum,  
 quæ sibi meliora videntur, proferant. Quod si talis sit 277.  
 Senatus Consiliariorum, qui potestatem judicandi absente  
 Principe acceperit, uti sunt in Germaniâ nostrâ *Dicafteria*  
*Provincialia, Scabinatus, &c. die Regierungen* / item *die*  
*Land-Gericht / Hof-Gericht / & Schöpffenstühle* / in quibus  
 nomine Principis Justitia administrari solet, talis Senatus  
 judicium, maximè ratum habere Princeps debet, utpote  
 cui non solum consulendi, sed & statuendi potestatem de-  
 dit. *Tholos. loc. cit. n. 4. & 5.*



278. Ut autem inter Consiliarios Principum, pluralitati votorum, quoad conclusionem in causa, locus non est, eam ob rationem, quod liberum sit Principi, etiam minoris partis opinionem eligere, vel plane contrariam utrique parti, tueri: ita etiam in omnibus illis collegiis, in quibus
279. Collegarum vota, tantum per viam sive modum consilii requiruntur, idem dicendum est. Cum enim nullum
280. consilium obligatorium sit. *§. tua tantum. 6. 1. de mand. l. mandatum. 2. §. fin. II. eod.* liberum ei est, qui consilium à tali collegio requisivit, vel quod à pluribus iudicatum est, sequi, vel pauciorum sententiam præferre, vel denique tam ab illorum, quam horum, opinione recedere, citra ullam actus viciationem. *Felin. ad d. c. cum omnes. 6. extr. de*
281. *Constit. num. 18. §. Undecimo fallit. & Dd. ab eo citati.* Exemplum videre licet, in Collegiis Consiliariorum, plerarumque Imperii Civitatum: cum enim in iis, Collegæ seu Consilarii, votum decisivum nullum habeant: Senatus Civitatis, consilium requirens, illud sequi non tenetur, *per ea*
282. *quæ modo dicta sunt.* Secus tamen est in illorum Consiliariorum Collegiis, ubi votum decisivum habent; hoc enim casu, cum Senatus arctetur, non solum requirere, sed imitari etiam eorum consilium, merito quoque majoris partis pronunciata imitabitur. *ut iterum Felin. loc. cit.*
283. Res sive causas pluralitatem votorum non admittentes, quod concernit, plurimæ earum à Doctoribus tam veteribus quam recentioribus, referuntur. Nos pro institutione, dum insuper ad finem properandum est, eas
284. quæ præcipuæ videbuntur, decerpemus. Et primò quidem, apud omnes in confesso est, imò vice axiomatis esse cœpit, in quocunque actu, in quo tractatur de re, quæ ad omnes, ut ad singulos pertinet, non sufficere majoris partis consensum, sed singulos quoque intervenire & consentire



*tre debere. Gl. in d. c. cum omnes. 6. extr. d. constit. vers. Dicis*  
*quod si.* Adeo, ut si essent centum, quorum consensus sit re- 285.  
 quirendus, nonaginta novem, uni dissentienti, praedjudicare  
 non possint; cum, quod omnes (praesertim in jure suo 286.  
 proprio) pariter tangit, ab omnibus quoque pariter ad-  
 probari debeat. *c. quod omnes. 29. de R. I. in 6. l. Sabinus. 28.*  
*π. commun. divid. l. in concedendo. 8. vers. cum enim minuitur.*  
*π. de aq. & aq. pluvi. l. nam ita. 39. π. de adopt. l. per fundum. II.*  
*π. de serv. rust. prad. cum similib. Klok. de contrib. d. cap. 6. n. 99.*  
*& Dd. ab eo allegati. Unde Bodin. lib. 3. de Repub. c. 7. p. m. 522.*  
 in omnibus collegiis & corporibus, ait, atque adeo in omni  
 coetu ac universitate, si quid ad omnes, seorsum a com-  
 munionem, pertinet, id singulorum ad sensum ac voluntate  
 fiat oportet.

Ad hujus intellectum sciendum est, quasdam res 287.  
 singulorum esse, ut singulorum: quasdam universitatis ut  
 universitatis: & quasdam universitatis ut singulorum.  
*Besold. in thesaur. pract. verb. Einhelliglich.* Primum genus, 288.  
 complectitur illa negotia, quae quisque jure dominii, sibi in  
 re sua propria competentis, gerit, quaeque hoc vel illo modo  
 fiant, nullius interest. qualia negotia sunt, quae quotidie 289.  
 in emtionibus, locationibus, pignorationibus, rerum sua-  
 rum, inter privatos usuveniunt, neminemque praeter con-  
 trahentes concernunt. Secundum genus complectitur ea, 290.  
 quae totam aliquam universitatem, omniaque ejus membra  
 tangunt, sed in communi, nullum in specie, nisi demum per  
 consequentiam. Talia in Imperio nostro sunt ordinationes 291.  
 Camerales, Politicae, monetales, edicta de monopolis,  
 contractibus foeneratiis, blasphemis & similia; haec  
 enim, licet universitatem concernant, & in ea omnia ejus  
 membra, nullum tamen praeter altero gravant aut obligant, sed 292.  
 unumquemque civem, pariter spectant. Tertia denique species,



- circa illos actus versatur, qui omnes universitati subjectos, non tantum in communi, sed praeterea unumquemque in specie, sive in individuo, & quidem directo, ac immediato, concernunt. quales sunt contributiones Imperii, & similia, ubi cuique Statui vel Civitati, imponitur, certum numerum militum alere, aut determinatam summam pecuniae exsolvere, &c. haec & talia namque, cum ex cujusque marsupio in particulari desumenda sint, singulos quoque speciatim, non tantum ut universitatem tangunt. *Ludov. Gremy / & Hieron. zum Lamb / in Summa der Statt Raths schläge / fol. L. 3. fac. 2. §. Die Sechste objection.*
- 293.
- 294.
295. Secundò, à pluralitate votorum, seu ab effectu potius ejus, excipiuntur, Causae Religionem ac fidem internam, cum omnibus aliis conscientiam concernentibus, spectantes. Cum enim unusquisque, de se ipso Deo rationem reddere teneatur, *docente Apostolo ad Rom. 14. v. 12.* adeoque uniuscujusque animae periculum in specie obversetur; ab omni tam naturali quam Christiana ratione alienum erit, quod falso haecenus pro dogmate habuisti, ob numerositatem contrarium asserentium, pro vero amplecti, aut quod pro vero credidisti, tanquam erroneum deserere debere: Sed multo magis omnium desideria ac vota audienda erunt, atque ad veritatem & concordiam fidei Christianae expendenda. *R. A. zu Augspurg / de Anno 1530. in fin. pr. ibi: Eines jeden Gutbeduncken und Meinung / zwischen sich selbst / in Lieb und Gütigkeit zu hören / zu verstehen / und zu erwegen / die zu einer einigen Christlichen Wahrheit zu bringen und zu vergleichen.*
- 296.
- 297.
298. Summa contra omnium servitutum servitus censetur, in causa religionis, adstringi ad ea dogmata, quae Triumviris, aut etiam Centumviris, placuerunt, *ut loquitur Wahremund. ab Ehrenberg. in tract. utr. reg. cond. mel. vers. minimè in f. citatus à Reinking. de R. S.*



de Reg. Sec. & Eccles. lib. 3. Class. 1. cap. 4. n. 23. Atq; hoc etiam 299.  
 urget Pontanus, Protestantium Orator, apud Sleidan. lib. 7.  
 & Landgravius Hassiæ Philippus ad Granvellanum; In  
 fidei negotiis, ait, non esse considerandum, quid maxima  
 pars opinetur, sed quid verum sit: Nam & Hierosolymæ,  
 cum ex Apostolis atque Discipulis, plerique vellent, gen-  
 tes profanas, quibus erat annunciatum Evangelium, cir-  
 cumcidi, Petrum tantum & Paulum, & Jacobum atq; Bar-  
 nabam contra sensisse, & errore commonstrato, jugum  
 illud legis abrogasse. Quo quidem tempore, maximam  
 partem ejus conventus, paucorum judicio, quod rectum  
 erat, cessisse & obtemperasse. Sleid. lib. 17. p. m. 500. Huc 300.  
 pertinent protestationes, ab Evangelicæ Religionis addictis  
 Statibus editæ, quarum mentio fit in R. A. zu Augspurg / de  
 Anno 1530. §. Es haben aber. 7. R. A. zu Regenspurg / de  
 An. 1532. sub tit. Geistliche und weltliche Beschwerungen. 9.  
 R. A. zu Speyer / de Anno 1542. §. Dargegen haben die  
 Stände. 129. & alibi. Reinking. loc. cit. Limn. de J. P. d. l. 9.  
 num. 181.

Sed cur protestationes dixi? Non enim nudis tan- 301.  
 tum protestationibus, aut rationibus, nos Evangelici mu-  
 niti sumus, sed Imperialibus quoque sanctionibus liber-  
 tas Religionis nostræ, contra quæcunque, contrarium,  
 sentientium, licet numerosissima vota, roborata est, solâ 302.  
 amicabili compositione admissâ; quod quam plurimis  
 Imperii Constitutionibus, inprimis vero Transactione  
 Passaviensi, relatâ à Cran. d. pac. Relig. p. m. 405. in f. pr. &  
 Pacificatione Religiosâ Anno 1555. Augustæ Vindel. san-  
 citâ. §. Und damit. 15. in f. ibi: Und solle die streitige Reli-  
 gion / nicht anderst / dann durch Christliche / freundliche /  
 friedliche Mittel und Wege / zu einhelligem Christlichem  
 Verstand und Vergleichung gebracht werden / re. probari  
 potest;



- potest; quibus omnino addendum Instrum. Pac. Caesar.
303. Suec. art. 5. §. 2. §. Pluralitas autem. 9. & §. 19. §. un. ubi  
 expressè constitutum, ut pluralitas votorum, in causis Re-  
 ligionem concernentibus, nequaquam attendatur; item,  
 ut in causis Religionis, sola amicabile compositio lites di-  
 304. rimat, non attentâ votorum pluralitate. Accedit ipsorum  
 adversariorum propria confessio, ut, qui, velint nolint,  
 omnino fateri coguntur, in causis Religionem concernen-  
 305. tibus, vota majora nullum effectum habere. Cujus rei  
 exemplum evidens habetur, in votis statuum Catholico-  
 rum, Anno 1613. in comitiis Ratisbon. ad refragationem  
 Correspondentium datis, *ac relatis ab Arum. de comit. d. c. 7.*  
*n. 72. & seqq. ibi: Und wüsse man wol/ daß in Gewissens*  
*Sachen die Majora nicht gelten / lieffen solche vor /*  
*wurden sie wissen / wohin sie ihren recurs nehmen solten; die*  
*Catholische Religion/ und die Augspurgische Confession, wie*  
*auch der Religion/ Friede/ seyen auff güttliche Vergleichung*  
*zugelassen / wider dieselben thäten Majora nichts.*  
*adde Joh. Henr. Stamler. de reservat. Imp. d. §. 30. num. 6. in f.*  
*Arum. loc. cit. num. 74.*
306. Non solum autem in iis causis Religionis & fidei,  
 quæ eam directò respiciunt, majorum effectus cessat, sed  
 & in iis, quæ indirectè ejus exercitium lædunt. *per textum*  
 307. *expressum in Instr. Pac. Cas. Suec. d. art. 5. §. 2. §. Pluralitas*  
*autem. 9.* Fraus enim legis censetur, per indirectum adi-  
 308. *exemt. Imp. concl. 5.* mere, quod directò concessum est, *ait Zachar. Vietor de*  
 Et nunquam Religionis pace uti frui  
 eam infringunt libertatem, sed & quæ per indirectum  
 ejus jugulum petunt, quidquid etiam major pars contra-  
 309. *dicat, repudiemus; Limn. d. l. 9. cap. 1. num. 189.* Atq; hinc  
 est,



est, quod de causis Pacem Religiosam concernentibus, in conventu omnium Statuum, non amplius deliberatur, sed cum de iis agendum est, Pontificii ut plurimum apud Archiepiscopum Salisburgensem, Protestantes vero, item in speciali conventu, consultationes instituunt. *Arum. de comit. cap. 6. n. 97. Dn. Myler. ad A. B. Rumelin. d. p. 2. D. 3. thes. 20. lit. B.*

Quæ tamen omnia, eo de casu intelligenda sunt, quando negotium Religionis, tractatur ab iis, qui ipsi partium vices obtinent, diversisque Religionibus addicti sunt: quod inter Catholicos & Protestantes accidit. Nam qui in Ecclesiâ, professione doctrinæ unâ, ac consentiente, à iudicibus facultate iudicandi præditis, ingenio doctrinæque instructis, atque ad hoc, ut sententiam in Religione ferant, congregatis, cæteris paribus, id est, si parti minori, per res iudicatas, decreta, transactiones, vel pacta, jus quæsitum non sit, de causis Religionis, per majora statui possit, minus habet dubii. Inde ne lites circa doctrinam progrediantur in infinitum, in provincia vel Regno, statui potest partium probationibus modus, & defensionis terminus: Et competit Principi potestas, exequendi Decretum, quod post legitimum ordinem & modum disputandi, per pluralitatem votorum, ab Ecclesiâ, quæ professione doctrinæ sit una & consentiens, factum est. Ideoque etiam si Magistratus, ad credendum id, quod plurimum suffragiis conclusum est, cogere non potest: cavere tamen potest, ne publicè doceatur contra plurimum sententiam, quam ipse pro verâ habet. *Dn. Strauch. Disput. Exercer. 7. thes. 2. & 3.*

Tertiò, à pluralitate votorum exemptam esse volunt, Causam Collectarum seu Contributionum. Quamvis enim Status Imperii nostri, in hunc usque diem, ac-



acriter inter se disceptent, utrum in dictis Collectarum  
 causis, majora obtinere debeant, nec ne; hocque nego-  
 tium, in Instrum. Pac. Cæs. Suec. *dict. art. 5. §. in causis reli-  
 gionis. 19. inf.* ad proxima tunc comitia, remissa quidem  
 fuerit, in Comitiiis autem Anno 1653. & 1654. Ratisbonæ  
 subsecutis, indecisa manserit, adeoque hujus quæstionis  
 decisio, cancellos discussionis nostræ, longè egrediatur;  
 316. Tamen ne planè intactam eam relinquamus, lubet exer-  
 citii gratiâ, eorum partes sequi, qui contendunt, in causis  
 contributionum, pluralitati votorum locum esse non  
 posse.

317. Et quidem per ea quæ supra n. 284. & seqq. ac n. 294.  
 dicta sunt. Cum enim collectæ sive Contributiones, Sta-  
 tus ut singulos concernant; utpote quoniam nullus Sta-  
 tus pro altero collectam exsolvit, neq; commune ærarium,  
 sed cujusque propria crumena in specie prægravatur, hinc  
 quoque vota & consensus plurium, reliquos obligare non

318. valent. ut potius contra charitatem Christianam sit,  
 tertium quendam, alteri, & quidem ratione facultatum  
 inæquali, præscribere posse, quid, quantumque, collectæ  
 nomine erogare debeat, atque sic inopiæ nostræ, impo-  
 sitione collectarum, per aliorum vota, præjudicium creari,  
*ut loquitur Zach. Vietor. de Exemt. Imp. d. concl. 5.* Id quod

319. etiam prudenter agnovit Jo. Achilles Ilfung, Legatus Au-  
 striacus, qui in comitiis Anno 1594. cum inter Pontificios  
 & Protestantibus, de pluralitate votorum, in eâdem hâc col-  
 lectarum causâ controverteretur, Expressè ac nominatim,  
 ponè Religionis negotium, etiam pecuniarias causas ex-  
 cepit, dicens: *In Religion und Geld Sachen / da*

hätte pluralitas votorum seine Statt. prout refertur à Just.  
*Sinolt. cognom. Schûs. de Statu rei Romana. vol. 1. D. 10. th. 15.*  
 320. *lit. A.* Nam juxta vulgatum illud, *fan keiner auff des  
 anderen*



anderem Seele oder Sectel votiren. adde *Limn. in addit. post.*  
*ad l. 9. J. P. c. 1. num. 182. p. m. 362.*

Quod tamen non ita est intelligendum, ac si minore- 321.  
 rem collegii partem, per solum suum dissensum, à quibus-  
 cunque, etiam necessariis, ac secundum analogicam pro-  
 portionem distributis collectis, se liberare posse, assertum  
 irem: hoc enim Justitiæ distributivæ, quæ unumquemq;  
 Civem, necessarias collectas agnoscere & subire docet,  
 non modicè refragaretur: Sed de eo solum nobis quæstio 322.  
 est: an pars major universitatis, minorem, ad ex solven-  
 das contributiones, necessarias quidem, verùm tantæ aut  
 tantæ summæ, adeoq; ad certum quantum, per majora  
 sua præcisè adstringere queat? id quod omnino negan- 323.  
 dum videtur. non solum per rationes num. 318. addu-  
 ctas; sed & ideò, quod contranaturam collectarum sit, eas 324.  
 secundum arbitrium tertii, neglectâ proportione Geo-  
 metricâ, æstimare ac imponere velle. imò insuper etiam, 325.  
 libertati suffragantium valdè contrariari videatur, supra  
 suas facultates, ob majoritatem contrariorum votorum,  
 ad immodicæ quantitatis collectam erogandam, obli-  
 gari posse.

Quocirca, dum contributio aliqua imponenda est, 326.  
 non necessariò in quantam major pars consenserit, sed  
 quantam unumquodque universitatis membrum, sine  
 nimio suarum facultatum detrimento, exsolvere possit,  
 attendendum: atq; adeò, uniuscujusq;, qui collectam ero- 327.  
 gare tenetur, conditio, indigentia, ac particulare inter  
 esse, prout ipsa recta ratio, æquitas & Justitia id efflagitat,  
 considerata, ac secundum illa, non prout majori parti  
 visum est, collecta exigenda erit. *vide omninò Limn. in d.*  
*addit. poster. ad L. 9. J. P. cap. 1. p. m. 362. in f. cum seqq. ubi*  
*XVIII. ponderosas ac relevantes causas, à Senatu Civitatum in*



- in comit. Anno 1653. hęc in causā majoribus oppositas, enumerat, adde Magnif. Nobilissimi ac Perstrenui Dn. Tob. Olhafen, Academia hujus Procancellarii meritissimi, &c. orat. de Templ. Pac. pen. & ult. Klok. de contrib. d. c. 6. num. 96. & seqq. Dn. Myler. ad Rumel. d. p. 2. D. 3. thes. 21. lit. B. Arum. de comit. d. cap. 8. num. 33. & 75.* Verum hęc disputatio, privatorum iudicium, nimium quantum egreditur, proinde etiam manum de tabula detrahimus, plenariam decisionem ex instantibus comitiis, fortasse accepturi.
329. Quartò à Pluralitate Votorum exceptos legimus, Actus & causas, in quibus Status tanquam unum corpus considerari nequeunt. *per text. in Instr. Pac. Cas. Suec. d. art. 5. §. in causis Religionis. 19.* Cum enim jure quoque communi cautum reperiatur, si in uno collegio, duo vel plura diversa corpora sunt, tunc, ad hoc, ut actus à maiore parte factus dicatur, necessum esse, ut interveniat consensus corporis cujuslibet, *ut num. 73. & seqq. pluribus asserui;*
331. meritò quoque, in illis causis, quando Status Imperii, tanquam unum corpus considerari non possunt, alterius partis consensus, licet plurium suffragiis suffultus, alteri præjudicare non potest. Status autem tanquam unum corpus considerari posse non videntur, quàm primum casus aliquis existit, in quo omnes Status parilis per omnia non sunt conditionis. Quapropter, si unus Status, præ altero, jus quæsitum habeat, vel singulari privilegio gaudeat, Status tanquam unum corpus, in illâ causâ, considerari non possunt; quoniam unum aliquod corpus, non, nisi uniformia jura habere potest; ac consequenter, pluralitas etiam votorum, in tali causâ nequiquam valebit, sed, vel per amicabilem compositionem, *d. art. 19.* vel, per interventum consensus corporis utriusque, lis decidenda erit. *per ea quæ d. num. 73. & seqq. diximus.*

Quinto



Quinto à Pluralitate votorum excipiuntur, Actus & 334.  
 causæ, in quibus Imperii Romani Status Catholici, & Au-  
 gustanæ Confessioni addicti, non conveniunt; maximè  
 verò, ubi inter illos tanquam inter partes litigantes disce-  
 ptatur. *d. art. 5. Instr. Pac. §. 19.* Nam etiamsi ex unâ parte  
 plures existant, nihilo magis tamen, horum multitudo, cæ-  
 terorum paucitatem vincere, sed sola amicabile composi-  
 sitio, litem dirimere debet, non attentâ votorum plura-  
 litate. *Instr. Pac. loc. cit.* Idque tum eò, quod aliàs, vel hi, 335.  
 vel illi, iudices in causâ propriâ forent, contra omnem  
 juris rationem. *rubr. & l. un. C. ne quis in suâ causâ judic. l. qui*  
*jurisdictioni. 10. II. de Jurisdic.* Tum, quod in causis, Reli- 336.  
 gionem etiam indirectè tantùm, & per consequentiã  
 concernentibus, pluralitas votorum nullum sibi locum  
 vindicare possit, *uti supra num. 307. indicatum est.* Illud hic 337.  
 specialiter notandum venit: id quod de Statibus totius  
 Imperii dictum, iis nimirum, hoc & præcedenti casu, per  
 majora præjudicari non posse; etiam de quatuor illis Im-  
 perii Civitatibus mixtis, Augustâ Vindelicorum videlicet,  
 Dünkelspühla, Biberaco, & Ravenspurgo intelligendum  
 esse. ut & in dictis Civitatibus, si causa versetur, in quâ Col-  
 legium Senatorum, tanquam unum corpus considerari  
 nequit: vel in quo, cives Augustanæ Confessioni addicti,  
 cum civibus Catholicis non conveniunt, sed in partes se-  
 cedunt, pluralitas votorum nihil efficere possit aut de-  
 beat. Quoniam pace Monasteriensi & Osnabrugensi, ex- 338.  
 pressè, ac specialiter cautum est, quod in prænominatis  
 Civitatibus, pluralitas votorum, August. Confess. addictis  
 civibus, non magis præjudicare debeat, quàm Electoribus,  
 Principibus & Statibus, eidem Confessioni addictis, in Im-  
 perio Romano, *per text. express. in Instr. Pac. Cas. Suec. d. art. 5.*  
*§. 2. & pluralitas autem votor. 9. junct. & Deinde. II. §. eod. in fin.*



339. Huc referunt Sexto, eas causas, de quibus inter partes utriusque Religionis, disceptatur in iudicio Camerali.
340. Cum enim propter diversitatem Religionis, tam in decernendis processibus ac mandatis, quam in ferendis sententiis, multa fierent. Statutum est, ut Assessores Camerae Imperialis, ex utraque Religione, pari numero constituentur, idq; etiam in Iudicio Aulico observetur. *ut apparet non solum ex memoriali Iudicis de Anno 1560. cujus verba formalia refert Besold. de juris d. Imperii. d. quest. 15. sed etiam ex*
341. *Instrum. Pac. Cas. Suec. d. art. 5. §. 20. §. ac proinde. 53.* Ideò, si de causa negotium Religionis quoquo modo concernente, in uno horum iudiciorum disceptetur, non sufficiunt majora vota, ab Assessoribus unius Religionis effecta, sed necessè est, ut ex Assessoribus utriusq; Religionis desumantur. Quoniam hoc casu, duo quasi collegii corpora sunt: Majora autem, in collegio ex duobus corporibus constante, non ex uno tantum corpore, sed ex utroq; colligenda esse, d. num. 73. meminimus.
343. Septimò à Pluralitate votorum exemptæ sunt, Causæ quæ tendunt in præjudicium personarum singularium, ac earum juri speciali derogant. *Felin. ad d. c. 6. num. 18. §. decimo fallit.*
344. Itaque, si v. gr. per majorem partem quid concluderetur, per quod tolleretur jus privilegii, vel contractus, singulis quæsit, majora nihil valebunt. Quemadmodum enim Princeps, nec ex plenissimâ potestatis plenitudine, jus suum alicui auferre potest, *arg. l. venditor. 13. §. 1. ii. comm. præd. l. per. §. ult. ii. d. natal. restit. Venerandus noster Dominus Ludvv. &c. D. ad Inst. 1. thes. 13. lit. D. in f. Wilh. Anton. d. rescript. morat. concl. 3. n. 39. & 40. cum Dd. ibid citat.* ita quoque in detrimentum alieni juris, vota majora locum habere nec possunt nec debent. *Besold. d. Jurisd. Imp. Rom. d. q. 15.*
346. Accedit insuper, quod tales causæ, univer-



universitatem non ut universitatem, sed ut singulos con-  
cernant, quæ autem talia sunt, de iis per majora nihil dis-  
poni posse, num. 284. defendere conati sumus. Hincq; est, 347.  
quod in causis illis, in quibus agitur de præjudicio partis  
minoris exemptæ, vel privilegiatæ, aut aliàs jure peculiari  
singulariter munitæ, majora nihil operentur, in damnum  
illius partis. *Klok. de contrib. d. c. 6. n. 142. & seqq.* ac in specie, 348.  
quod de causis, concernentibus privilegia, & immunitates  
Statuum, veluti de Austregis, de non appellando, & simili-  
bus, pars major Imperii Statuum, statuere nihil possit. tum 349.  
quod aliàs, omnium Electorum, Principum, ac Statuum, tam  
vetera quàm nova privilegia, modò tacitè, modò expressè  
tolli possent. tum quod in his causis, status tanquam unum 350.  
corpus considerari nequeant. utpote cum non toti uni-  
versitati, sed certis tantùm quibusdam ejus membris, talia  
jura tributa sint. talia autem Pluralitatem votorum non  
admittere, d. num. 73. & n. 330. indicatum est.

Octavò, vota majora locum habere nequeunt, tol- 351.  
lendo, in detrimentum aliorum, legem fundamentalem.  
*Besold. de I. R. I. d. q. 15.* Nam & hoc modo, tertio jus quæ- 352.  
situm auferretur, contra ea quæ modò dicta sunt. Pro-  
inde, neq; in actibus qui geruntur contra Auream Bullam,  
aut contra Pacem Religiosam, aut adversus Pacem Pro-  
fanam, vel contra die Executions-*Ordnung* / aliasve Im-  
perii constitutiones, majora quidquam valebunt. eò quod  
aliàs dictæ Constitutiones omnes, per majora corrumpi &  
annihilari, imò unus & alter Status, omnibus suis faculta-  
tibus ac provinciis, spoliari posset. *vide designationem cau-  
sarum, à pluralitate votorum, in comitiis Anno 1613. exceptarum,*  
*apud Klok. d. cap. 6. n. 161. §. 5. 6. & 10. ut & apud Speidel. in spec.*  
*notab. verb. Meiste Stimmen. §. iisd.*

Nonò,



353. Nonō, pluralitati votorum non subiacere volunt,  
 Actus & causas, quibus contravenitur initis conventioni-  
 354. bus ac contractibus. Quippe non solum æquitati naturali  
 repugnat, contractum ab omnibus celebratum, propterea  
 rescindi debere, quod major pars contrahentium eum  
 355. annihilari cupiat. *Besold. de I. R. I. d. q. 15.* Sed etiam con-  
 ventiones & contractus infringere, juri communi contra-  
 ctium est. *l. i. pr. ii. de pact. l. i. pr. ii. de constit. pecun.* adeoque  
 absonum erit dicere, majorem partem, invitâ minore, ab-  
 invitâ conventionem recedere posse. *Besold. d. q. 15. add. qua*  
 356. *in numm. precedd. de jure alteri quasito diximus.* Idque non  
 de privatorum tantum, sed de publicis etiam conventio-  
 nibus, Imperium totum concernentibus, quales hodiè  
 sunt Constitutiones Imperii, ac Recessus super Instrum.  
 Pacis confecti, est intelligendum, ut nec ab his, minor pars,  
 propter dissensum majoris partis, recedere cogi possit. *per*  
 357. *ea que modo dicta sunt.* Sed nec in pactis hereditariis, trans-  
 actionibus, &c. in Erbvereinigungen / Verträgen und Compacten /  
 ac similibus, majora locum habent, ita ut per ea  
 mutari, dictæ conventiones, vel tolli possent. eam in super  
 ob causam, quod unicuique horum paciscentium, jus que-  
 situm sit, ac proinde, ipsi per alium auferri, vel interverti  
 nequeat. Inmassen die Cron Böhme / Chur Pfalz / Chur  
 Sachsen / die miteinander habende Einigung per majora  
 nicht lassen cassiren; wie auch die Erb Ein- und Verbräde-  
 rungen / zwischen Sachsen / Brandenburg / und Hessen / den  
 Majoribus nicht unterworffen / wann sie gleich wolten in ei-  
 nem oder andern Weg tractirt werden. *Klok. de contrib. d. l.*  
*Speidel. loc. cit. §. 11.*  
 358. Deniq; huc referendi sunt, Actus qui vi statuti, vel dis-  
 positionis, expediri debent concorditer, seu unanimiter.  
 359. Quamvis enim consensus majoris partis, fictione juris, pro  
 con-



consensu omnium habeatur, ut num. 180. diximus; tamen, ubi statuto vel dispositione inductum est, ut hic vel ille universitatis actus, peragatur per omnes concorditer, seu unanimiter, intelligitur nemine discrepante id fieri debere, non per majorem tantum partem. *Card. Tusch. d. concl. 14. n. 31. & concl. 15. n. 23.* Idque in omnibus casibus verum, 360. esse, ubi verba verè & propriè sunt intelligenda, docet *Besold. in thesaur. pract. verb. Einhelliglich.* Exemplum, 391. talis statuti recens, habemus in Capitulatione Augustissimi nostri Imperatoris Leopoldi, *artic. 21.* ubi ad erigendum novum vectigal, vel vetus augendum, licet ante hac majora Electorum vota sufficerent, *ut ex Capit. Ferdinandi IV. artic. 19. Ferdin. III. art. 20. Ferdin. II. art. 17. & anterioribus patet;* hodiè tamen, Electorum omnium & singulorum concors ac unanimis consensus, & ut verba formalia habent, *aller und jeder 7. Chur-Fürsten/ Wissen/ Willen/ zussassen und Collegial-Raht / mit einhelligem Schluß also und der Gestalt/ daß keines Chur-Fürsten Widerred oder Dissens dargegen/ sondern alle und jedero Collegial-Stimmen/ einmütig seyen/ &c.* attendendus dicitur. *Sprenger. in Jurisp. Publ. sub tit. de Reservatis. p. m. 28.*

His addunt Dd. Actus & causas, in quibus potestatem 362. non habet tota universitas, *arg. eorum, quæ num. 347. de ademptione juris quesiti diximus. Klok. de contr. d. cap. 6. num. 151.* quales etiam sunt, actus, qui non pertinent ad suffragantium officium, ut quod eorum Jurisdictioni subjecti non sint. *Klok. l. cit. n. 156.* Causas vel actus qui non vergunt 363. in evidentem universitatis utilitatem. *Klok. d. l. n. 89. & seq.* Veluti qui tantum tendunt in alicujus favorem & gratiam, vel aliàs tantum voluntarii sunt, nulla ex necessitate

H pro-



- profecti. *Felin. ad d. c. cum omnes 6. extr. d. const. n. 17. §. fab-*  
 364. *lit primo.* Actus qui sunt contra jus, Statuta, ac Ordina-  
 tiones universitatis. *Bertachin. in repertor. verb. Major. pars.*  
*§. major pars universitatis non potest facere. 9. & §. major pars*  
 365. *regulariter sufficit. 22. Tusch. d. concl. 15. n. 10. & 12.* Actus  
 insolitos, & qui novitatem inducunt. *Klok. d. cap. 6. n. 145.*  
 366. Casus in quibus de actibus universitatis impediendis agi-  
 367. *tur. Felin. l. cit. n. 18. §. nono fallit.* Casus quando agitur  
 de reformatione alicujus officialis in Civitate. *Felin. d. l.*  
 368. *§. quarto fallit.* Casus quando tractatur de revocatione  
 369. libertatis in servitutum. *Felin. d. n. 18. §. quinto fallit.* Ca-  
 sus quando pars major renovare vult actum jam fini-  
 tum. *Tusch. d. conclus. 15. n. 8. & complures alios, qui videri*  
*possunt apud Felin. Bertachin. & Cardin. Tusch. locis allegatis,*  
*itemq; apud Dd. ab his citatos.*  
 370. Verum, uti has causas, omnes promiscuè non re-  
 jicio, ita nec omnes ejus conditionis esse existimo, ut  
 indifferenter pro exceptis haberi possint; Quapropter,  
 etiam litem quæ de iis moveri posset, meam non facio, sed  
 eorum defensionem, suis authoribus: totius verò hujus  
 materiæ, (quam abrumpere magis, quam concludere,  
 me cogit temporis quo circumscribor angustia) accura-  
 tiorum tractationem, aliorum feliciore ingenio, ac lima-  
 tiori stylo relinquo. DEO TER OPTIMO MAXIMO  
 pro clementissimâ suâ assistentiâ devotas  
 agens gratias.






ULB Halle

3


005 129 192



VD 77











B.I.G.

Farbkarte #13

2, 461. 10  
adfr. Nf. f. 1035. 21  
1663 1 339

INAUGURALIS

# LITATE RUM.

e & Duce  
i fctorum Ordinis  
ni submissa

oro Herwarto.

. clo loc L XIII.



RFFI,  
NEM GOEBELIUM.